

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Sectio Sexta. De Ceremonijs Baptismi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

Cuius con-  
stitutionem  
Papam co-  
firmasse  
non est ma-  
nifestum.

Vnde autem possit doceri, quod omnia illa capitulo ibi compilata Papa confirmat, non est manifestum. Nec etiam eu modo, quo eis manifestum de omnibus capitulis possit in Decretalibus, ibi enim in proemio Gregor. IX. scribent Doctoribus in iure Canonico mandat, quod contents sint in scholis & in iudicis hac compilatione. Et Bonifacius VIII. in proemio libri mandat, quod de constitutionibus editis a tempore Gregor. IX. usque ad tempus suum, illa sola habeant robur, que ibi inserta sunt. Ita Doctor,

124.

Qui ibidem ad objectionem, quæ formari posset ex his binis verbis textus, secundum Canones, scilicet Pontificios, Respondet: Hoc debet Glosator apponere, quia hec glossa est necessaria; sed nulla ponitur ostendendo ubi sit Canon super hoc editus.

Et arguens Canonistas glossatores addit: Et hic, sicut in multis locis appareat iniuria occupatio glossatorum in iure canonico, qui multiplicant concordanias, & auctoritates ad unum vocabulum, & postea in fine glibil ad propositum; & alibi ubi est verbum maximus ponderis, a quo dependet sententia

totius capituli transirent siccus pede.

Tandemque concludens inquit: Posse ergo dici quantum occurrit quod ignorantia facti, addo ego, & juris, dummodo non tristitia, ratiocinio, & iustitia, sed probabilitate, id est, invincibilis, sit, totaliter excusat conferentem a pena tenet illa, & sacerdientes. Universaliter enim pena canonica non incurritur, nisi a latore Canona inferatur; ubi ergo non inventitur vi verborum inflicta, tunc simpliciter est dicendum quod nulla est. Et haec quidem de penis reiterantibus Baptismatis substantiam; pro reiterantibus autem solas ceremonias, seu ritus accidentales, nullam legem in jure pecuniam constitutam: licet enim Acolythus non concrat proxime ministrando aliquid substantiale, tamen quia ministrat baptizanti, ad totam illam actionem cooperari censetur, sicut cooperatur Sacrificio, qui Sacerdoti offerenti ministrat.

Superest ut paucis explicitius principiores, & magis controversas ceremonias ab Ecclesia adhiberi solitas in administratione hujus Sacramenti.

## SECTIO SEXTA.

### De Ceremonyis Baptismi.

**C**oncilium Tridentinum sess. 7. de Sacramentis in genere, contra hereticos nostri temporis (qui more suo quod ignorant blasphemant, iridentes ceremonias ab Ecclesia adhiberi solitas in Baptismo & alijs Sacramentis tamquam vanas & superstitiosas) hunc expressit Canonem 13. Si quis dixerit receptos & approbatos Ecclesie Catholicae ritus in solemnissimo Sacramento administratione adhiberi consuetos, aut contenni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; anathema sit.

Nota. Per quemcumque, quo insinuat, sicuti per universalem Ecclesiam, cuius caput est Pontifex, instituti sunt; ita ab eadem pro loco & tempore mutari posse. Declarat namque eadem Synodus sess. 21. cap. 2. hanc potestatem perpetuum in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salvâ illorum substanciali, ea statueret, vel mutaret, quæ sufficiunt utilitatibus, seu ipsorum Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum & locorum varietate, magis expedire indicaret.

Probat ex Apostolo: Id autem Apostolus 1. Cor. 4. v. 1. non obscurè visus est innuisse, cum ait. Sic nos eximimus homo, ut ministros Christi, & dispensa-

tores mysteriorum Dei. Confirmatque ejus exemplo dicens: Arque ipsum quidem hac protestate usum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento (agit de Eu charistia) cum ordinatis nonnullis circa eum usum. Cetera, inquit, cum venero disponam,

Unde D. Aug. loquens de ritu Eucharistie Epist. 118. c. 6. ait: Et ideo non praecepit Christus, quo deinceps ordine sumeretur Eucharistia, an post, ac ante alios cibos, ut Apostolus, per quos Ecclesiastis dispensatus erat, servaret hunc locum.

Querant nunc heretici ubi Scriptura prescriperit hujusmodi ceremonias, & facile quisque respondebit, ubi Apostolos, & eorum successores constitutis dispensatoren mysteriorum, hoc est, Sacramentorum Dei, quippe ministri & dispensatori est res Domini sui cum omni reverentia & utilitate distribuere. Quis autem adest insanit, ut dicere audeat ceremonias sacramentales nec sacerdientium expedire?

Nonne Deus sua Sacrifica & alia Sacra in antiqua lege praecepit fieri certis ritibus & ceremoniis? lege Exodi cap. 12. 29. & 30. nec non Leviticum per totum, & inficiari non poteris.

Quid dicam de Christo nova legis initiatore? sic

Trident.  
Illa ceremony  
non possunt per  
quemcumque  
Ecclesie pa-  
storem im-  
mutari;

Sed solam'  
ab Ecclesia,

tutore? An non elevando oculos, agendo gratias, accipiendo in manibus panem, benedicendo, Luc. 9. multiplicavit 5. panes & duos pisces, satans ex eis 5. millia hominum, & Luc. 22. instituit Sacramentum Eucharistiae? Matth. 26. & Luc. 22. oravit genibus flexis, procidit in terram, Joan. 20. insufflavit in Apostolos, Luc. 24. elevatis manibus ipsis benedixit. Nisi itaque ceremonia divino cultui, Sacramentis & Sacrificiis convenienter ad majorem eorum solemnitatem ac splendorem, non ita curiosè Deus illas antiquitatem præcepisset, nec Christus exemplo suo confirmasset.

De utilitate ceremonialium, aliorumque sacramentalium quis dubitet? Nam, præterquam quod omnia habent naturalem quendam vim per modum objecti excitandi fideles, qui eorum institutionem & consecrationem norunt, ad quamdam pietatem & reverentiam; cum hoc sit naturale omni rei pia, etiam imaginibus, & alijs quæ ingenerunt cognitionem rerum divinarum; insuper exorcismi specialem habent virtutem fugandi & compescendi demones.

Primo quatenus continent signum crucis, invocationem nominis Jesu, communionem divinæ vindictæ, & similia demoni odiosæ. Secundù ratione precum Ecclesia, qua apud Deum plurimam valent. Tertiù ratione potestatis, quam Christus Ecclesia specialiter dedit supra omnem virtutem iniici Mar. 16. & Luc. 10. non habent tamen hunc effectum infallibiliter, sed demoni subinde permittuntur magis & diutius resistere ob causas nobis ignotas.

Præterea plerique ceremoniae per modum imperationis conferunt suo tempore gratias prævenientes, seu prius motus, quibus homo disponatur ad remissionem peccatorum, & exercitum virtutum. Patet ex orationibus Ecclesiæ, quibus ceremoniae illæ aut sacramentalia confeantur, vel sufficiens applicantur. Illæ quippe orationes, cum sint ab Ecclesia instituta, & nomine Ecclesiæ Deo offerantur, inducere apud Deum sunt efficacissimæ.

Dixi, per modum imperationis; quia sine fundamento dicitur hujusmodi effectus causari à sacramentalibus ex opere operato, cum sint instituta ab Ecclesia, qua sicut non potest Sacra instituere, sic nec signis sacramentalibus effectum quæcumque divinitus causandum infallibiliter annectere. Dubitas? Experientiam confule, & civis omne dubium evanescet.

Cum itaque ceremoniae sacre & convenientes sint & utiles, nec non antiquissi-

mæ ab ipsis Apostolis, aut eorum immediatis successoribus institutæ, ut videtur est apud Bellarm. lib. 1. de Baptismo c. 25. & lequeatibus, præclaræ, ut semper, dixit D. August. supra cap. 5. Similiter etiam si quid horum (ceremonialium) tota per orbem frequentat Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendum sit, disputare insolentissima insanis est. Ne illi ergo sine insolentissimi infanti, qui ceremonias baptismales, toto orbe ab Ecclesia frequentatas, tamquam vanas & superfluitas derident & rejiciunt.

Quamvis & ipse Calvinus præscribat, ut parvulus deteratur ad Eccleiam die dominico, vel quando est concio, ut defentes interrogentur, an sponteant se illum in fide & moribus instructuros cum adoleverint, ut imponatur nomen baptizando, ut forma pronuntietur lingua patriæ, ut Symbolum, oratio dominica & aliae preces recitentur. Lutherani addunt abrenuntiationem satanae & pomparum ejus; immo Lutherus voluit formari signum crucis in fronte & pectori baptizati.

In quo quælo Scriptura loco ista legerunt? Fateantur ergo se vanos esse & superstitiones; vel contentiant in vera Dei Ecclesia relictam esse potestatem hujusmodi ritus ordinandi & præcipiendi ad majorem decorum ac reverentiam Sacramenti, utilitatemque sufficiuentium.

Postò Ecclesiam hæc potestate usum fuisse circa Sacramentum Baptismi, varias ceremonias ordinando, & præcipiendo in solemissi eius administratione, tam præcedentes, quam concomitantes, & ipsum Baptismum subsequentes, clamant omnia Pastoralia & Rituala, ad quæ lectorum remitto, quia plerique nullam habent specialem difficultatem, que meritorum hæc adnotari. Videantur Suar. Vasq. & alijs auctores, qui latius illas ceremonias explicant.

Dixi, plerique, quia de nonnullis concomitantibus Baptismum aliqua est diffinatio inter D.D. Catholicos. Et primò quidem de loco, in quo Baptismus debet administrari, pro quo erit

## CONCLUSIO I.

Proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia.

**E**T si primi Christiani solerent in quibuslibet fluminibus & aquis baptizari, prout occasio se offerebat, ut patet Bbb 2. A.A. 2.

Ostenditur  
ceremonia  
rum ant-  
iquas.  
Bellarm.

S. Auguſt.

Contra  
Catholico-  
rum  
ritualium  
diffini-  
tio-  
nem.

Quæ etiam  
Hæretici  
adhibent;

Facto sic  
confundi-  
esse reli-  
ctam pot-  
estatem ce-  
remonia-  
rum instituendis

Quæ usus est  
Ecclesiæ  
ca Baptis-  
mum.

3.  
Et ex variis  
utilitaribus  
ceremoniis  
rum, ut pu-  
ta excipiendi  
fideles ad  
pietatem &  
reveren-  
tiam.

Fugandi &  
compescen-  
di demo-  
nes.

Impetrandi  
gratias pre-  
venientes.

4.

380 Disputatio 2. De Baptismo.

Act. 2. 8. 10. & 16. equidem ubi ceremonię Ecclesiasticę potuerunt ad meliorem ordinem redigi; cepit Ecclesia ob reverentiam tanti Sacramenti certa quædam loca, depu-tare, in quibus Baptismus administraretur, idque jam sub Apostolorum tempora.

*Deputando certa loca in quibus ministratur.*  
Nam vas sacrī seu fontis ad Baptismum specialiter deputati meminit Dionysius Apostolorum æqualis c. 2. Eccles. Hierarch. ubi illum appellat Matrem adoptionis, ex qua scilicet spiritualiter homines per Baptismum regenerantur. Locum vero in quo erat fons Baptismi alij veteres appellant Baptisterium. Unde Concil. Antif. can. 14. Non licet in Baptisterio corpora sepelire.

*Cœterū fons in quo proximè sit Baptismus, debet esse lapideus, vel si non posse haberi, saltem sit aliud vas, quod maneat ad hoc specialiter in Ecclesia, neque alii usibus deserviat. Pater ex c. 106. de Confec. dist. 4. desumptum ex Concil. Ilerdensi, alia Meldensi, ubi sic dicitur: Omnis presbyter, qui fontem lapideam habere nequirit, vas convenient ad hoc solummodo baptizandi officium habeat; quod extra Ecclesiam non deportetur.*

*Quibus omnibus maturè consideratis ita statutus Clemens V. in Concil. Vienensis (scilicet Clementinā unicā de Baptismo) Prohibetur editio ne quis de cetero in aulis, vel cameris, aut alijs privatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputatai, aliquos ..... audeat baptizare.*

*Rit. Rom. Consonat Rit. Rom. Tit. de Baptismo §. de loco & tempore administrandi Baptismum, ibi: Proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit baptismalis, vel certe Baptisterium prope Ecclesiam. Quod ultimum addit; quia antiquitus erant Baptisteria à templis distincta, modò autem in ipsis Ecclesijs certus aliquis locus designatur, in quo collocatur fons baptismalis decenter ornatus, & cancellis circumscriptus, seru & clave munitus, deserviens solemnē ministrio hujus Sacramenti.*

*Nisi alter fieri urgeat necessitas.*  
*Vienensis.*  
Verum quia, ut communiter dicitur, necessitas nullam habet legem, urgente necessitate, quemadmodum sine ceteris solemnitatibus, ita etiam ubique baptizare nihil impedit. Clement. supra ibi: Aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter horum accessus haberi. Excepit etiam filios Regum, & Principum ibi: Nisi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint.

*Consimiliter loquitur Rit. supra, ibi: Itaque, necessitate excepta, in privatū locis nemo baptizari debet; nisi forte sint Regum aut magnorum*

*Principum filii, id ipsis ita depositentibus. Limitat; dummodo id sit in eorum capillis seu oratorys, & in aqua baptismali de more benedicta.*

*Hac certaque controvertitur autem quinam veniant nomine liberorum Regum & Principum. Respondet filios, & nepotes descendentes ex filiis masculis Regum, & supremorum Principum, qui nulli alteri subjecti sunt; seu non sunt alterius vasallii. Glossa V. Regum, ibi: Et ex hoc puto quod principia hic sumatur pro notabiliter potenter merito comparando dignitati; ut Ducatus Venetiarum, Ducatus Florentinus, Ducatus Mutinensis, & similes. Credo etiam intelligi posse Principes Imperij, qui verè sunt supremi, eti agnoscent Caesarē.*

*Zyp̄us tom. 2. lib. 3. tit. de Baptismo responsione prima n. 2. putat nomine magni Principis, non tantum supremos, & hiscē proximos, sed & titulos eminentes posse intelligi. Quintanaduehas in Theol. mor. to. 1. tract. 1. singul. 2. n. 3. amplia ad omnes Duces, Marchiones, Comites, Magnates Hispania, Oratores Regum, & similes; cum beneficium Principis latè interpretandum sit.*

*Equidem non ultra proprietatem verborum; quapropter Diana parte 9. tract. 6. resol. 38. non placet sententia Zypei & Quintanad. Interim faver ei Rit. Rom. quod omnes illos, qui in proprietate verborum vocari possunt magni Principes. Sed qui isti? Supremi, & si qui alii à tota nobilitate pro talibus agnoscantur. Sane qui hic vasallii sunt, alibi sapere sunt supremi.*

*Porrò quale peccatum sit, excepto casu necessitatis, baptizare homines privatos ex Ecclesiā, talis colligitur ex ultima parte Clementis prememorata; quia sic habet: Qui autē secus præsumptiōnē, aut suam in hoc presentiā exhibuerit, taliter per Episcopum suum cōfigetur, quod alij attētare similia non præsumant.*

*Ideo Castro Palao tom. 4. tract. 19. dicit unicā puncto 12. n. 16. docet grave esse peccatum; quod videtur iudicium commone; neque enim propter levem culpan baptizant subiceretur penitē arbitriarū sui Episcopi, & tali quidem, quae alios nata fit accere seu detergere à simili ministerio.*

*Sed numquid rebaptizandi sunt in Ecclesia, qui in domo privata licet, sive illicet Baptismum suscepserunt? Certum est Baptismum extra Ecclesiam valere, si efficiat alia, id est, materia, forma & intentio. Nefas ergo sit rebaptizare.*

*Quod si propter necessitatem, vel ex militia omissa fuerint ceremonie, postea adhuc beantur (etiam exorcissimus, tamē immutatus, seu accommodatus jam baptizato, ut & remittat quedam omnia)*

quædam orationes) et si omittens circa contemptum non peccaret mortaliter, ut docet Poslewinus de officio Curati c. 6. n. 23. apud Dian. parte 5. tract. 3. resol. 6. Quod an verum sit judicent prudentes.

Meo iudicio (salvo meliori) cum ceremonia Baptismi sint nimis multæ, & valde notorables, vel nulla est obligatio eas supplendi, vel est obligatio gravis; sicuti vel nulla est obligatio primitus eas adhibendi, vel est obligatio gravis.

12. Fons etiam sub gravi obligatione.

Quod autem sit obligatio aliqua supplendi videatur colligi primo ex jure communis cap. 1. de Sacram. non iterandis, ubi Pontifex Innoc. III. interrogatus an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerat ad Ordinem Subdiaconatus assumptus. Et si Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non christinatus sed oleo damnatus: Respondeo, *Quod in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat pretermissum.*

Rit. Rom.

Colligitur 2. ex Rit. Rom. Tit. De Baptismo §. Ordo supplendi omisla, ubi sic lego: *Cum urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, sive parvulus, sive adulterus sacris partibus ac ceremonijs prætermisfis, fuerit baptizatus, ubi convalesceret, & cessaverit periculum, & ad Ecclesiast. delationem fuerit, omissa omnia supplantur: idemque, ordo ac ritus servetur, qui in Baptismo parvulorum (si fuerit parvulus) seu adulorum (si fuerit adulterus) prescriptus est.*

Idem tradit eodem Tit. §. De baptizandis parvulis, ibi: *Consueta ceremonie ritusque supplantantur, omissa formæ & ablutione.* Et §. de Baptismo adulorum. Agens de hereticis conversis, & legitimè quad materiali & formam baptizatis, ait: *Omisa tantum (que illa, nisi ceremonia?) supplantatur nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur.*

Reverius.

Prout aliquando visum fuit Philippo Rovenio in Constitutione sua ad omnes sibi subiectos in dictionibus Belgij consideratis directa anno 1638. in qua de hac loquens ait: *Vnitiores verò & reliqua ceremonia Ecclesia Catholica pro discretione Sacerdotum, & devotione suscipientium poterunt suppliri.*

Ceterum ut quid tertio idem inculcat Rituale, si vel nulla, vel levis tantum est obligatio? Sanè ritus solitos adhiberi, non posse omitti sine peccato, in principio sectionis docuimus cum Trident. sess. 7. de Sacramentis in genere can. 13. Cum ergo soleat Ecclesia ritus omislos supplere, etiam illa suppletio, sive ritus supplendi erunt in precepto, & quidem gravi pro materia gravitate.

Sed relictâ hâc difficultate minus principali pergo festinanter ad præcipuam hujus sectionis controvërsiam, quæ meritò movit omnes DD. ut particularem de ea instituerent quæstionem; est autem de Patrinis, eorumque obligationibus. Et quidem primò dubito *An in omni Baptismo debeant adhiberi?* Pro resolutione

Nota duplē esse Baptismum, sive duplēiter Baptismum ministrari, videlicet solemniter, id est, cum certis exterris ceremonijs ab Ecclesia præscriptis, & privatim, hoc est, sine hujusmodi ceremonijs seu solemnitatibus. Nunc ad dubium propositum Respondeo:

## CONCLUSIO II.

In Baptismo solenni adhiberi debet Paterinus; in privato non potest.

Cap. 1. de Sacram. non iterandis.

Prima pars haud efficacius probatur; quā ex continuo usu & praxi Ecclesie ab ipsis temporibus Apostolorum. Testis est Dionysius Ecl. Hierarch. cap. 2. parte 2. ibi: *Quem (baptizatum) Sacerdos mox assignans suscepit suo.*

Et cap. 7. Divinis, inquit, nostris Ducibus (id est Apostolis) ad mentem venit, & visum est suscepere infantes secundum ipsum sanctum modum, quod naturales pueri parentes traderant puerum cuadam dollo in divinis padagogis, & reliquam sub ipso puer ageret, sicut sub divino patre & salvacionis sancta suscepere. Simili modo loquitur Tertul. lib. de Baptismo c. 18. & alii Patres.

Ratio à priori est voluntas Ecclesie. Congruentia accipitur ex verbis Dionysij: 14. sic statuerat te Ecclesia, quippe sicut in naturali generatione ad bene esse præter parentes adhibentur nutrices & padagogi; ita quoquè in Baptismo, qui est regeneratio spiritualis, præter parentes & Pastores conveniens fuit aliquem admittere, qui specialem curam haberet puerum spiritualiter nutriendi ac instruendandi.

Nec obstat, quod Christus non habuerit in suo Baptismo patrum, sive suscipientem, aut sponsorem, seu fideijsorem; siquidem non est baptizatus ut regeneraret sed ut alios regeneraret, neque opus habebat instructore, qui ipse erat omnium Magister.

Si queras, an hæc obligatio sit sub mortali? Respondeo, pendet à prudenti iudicio an sit titus notabilis, an non; adeoque an ejus

13.  
In baptismo solenni debet adhiberi Paterinus.  
S. Dionys.

Juncta con-  
gratiatione.

15.

B b 3

382 Disputatio 2. De Baptismo.

**Nec obligatio est gratia.**

eius omissione sit grave an leve peccatum.  
Meo iudicio & plurium aliorum, quos refert Tannerus h[ic] disp. 4. q. 2. dub. 1. n. 23, ex gravitate obligationis adjunctae sat[ur]is colligitur gravitas hujus ceremoniae.

**Avident.** Unde saepissime de illa agitur in decretis Conciliorum, & supponit à Concilio Trident. sess. 24. c. 2. ubi restringit cognitionem spiritualem, quæ ex illa oritur, ut infra videbimus; & admonet Parochum, ut, antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscietur, quem, vel quos elegent, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant &c.

**Rit. Rom.** Idem prescribitur in Rit. Rom. Tit. De Baptismo. §. De Patrinis; Ne plures, inquit, quam licet, aut indignos, vel ineptos admittantur. Quia omnia satis superque indicant notabilitatem predictæ solemnitatis.

**16. In Baptismo privato non potest adhiberi Patrinus:** Portò secunda pars conclusionis vel ex ipso nomine Baptismi privati datur intelligi; siquidem Baptismus dicitur privatus, qui ab unoquoque licet ministratur in necessitate sine solemnitatibus ab Ecclesia prescriptis. Cum ergo, secundum omnes DD. laici & Clerici inferiores Diacono non solùm non debant, sed nec licet possint adhibere Catechismum, Exorcismum, & similis ritus, dum in necessitate baptizant, pari ratione dico ego non solùm non debere, sed nequidem licet posse adhibere Patrinum, seu Suscep[tor]em; quia hoc esset Baptismum solemniter administrare, saltem ex parte.

**Nec efficit Patrinus, esto teneret animo' verè suscipiendi,** Hinc per accidens & impertinens est ad Baptismum privatum, quod aliquis teneat parvulum baptizandum, & idecirco, etiam à communī plebe, non vocatur Suscep[tor] sive Patrinus; nec vocari debet, et si ficeret animo verè suscipiendi; quia hoc non pendet ab ipsis voluntate; sed oportet facere ceremoniam requiritam ab Ecclesia ad tam appellationem: Ecclesia autem postulat, ut ille contactus fiat in Baptismo solemnii. Unde illa tentio baptizandi in necessitate est magis propter commoditatem & honestatem, quam propter ceremoniam.

**17. Sicut nec iste, qui teneret dum supplentur Ceremonia omisla;** Ex quo rursus sequitur non esse verū suscep[tor]em aut Patrimum, qui puerum domini baptizatum, postea publicè in Ecclesia teneret, dum supplentur ceremonia omisla; quia tunc non ministratur Baptismus; adeoque non suscipit in Baptismo, quod tamen necessarium est, sed in Catechismo. Similiter qui levat de sacro fonte, quando ex defectu materie, formæ, aut intentionis Sacramentum ministratur invalidè.

**18. Adeoque** His admissis manifestè sequitur, præfa-

tos Susceptores, si ita placeat eos appellare, nullam contrahere cognitionem spiritualem, sive cum baptizato, sive cum eius partibus, quod docet Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 62. n. 14. cum Suario & alijs, quos citat. Pater, quia non sunt veri Susceptores, ut ostendimus.

Et specialiter id declarant Cardinales in secundo casu his verbis: Qui in Ecclesia dumtaxat fuit praesens ei, qui domi fuerat vere baptizatus, sed deinde in Ecclesia servata fuerunt sole solemnitates, nullam cognitionem spiritualis cum eo contraxit. Utique neque Suscep[tor], neque Parochus, qui adhuc ceremonias; quia nec ille verus Suscep[tor], nec hic verus baptizans.

Quis ergo? Ille qui domi vere baptizavit; jus quippe decernit absolutè & generaliter cognitionem spiritualis pro omnibus verè baptizantibus, eò quod Baptismus sit aliqua spiritualiter regeneratio; non minus autem spiritualiter regeneratur, qui privatim quam qui solemniter tingitur; neque magis secundum spiritum renascitur, qui in exteriori tantum apparentia mergitur, quam qui nullo modo. Unde sicuti baptizans invalidè non contrahit cognitionem cum invalidè baptizato, ita neque Suscep[tor] in tali Baptismo.

Sed petes, quæ sit illa ceremonia, ratione cuius aliquis in jure habetur & dicatur verus Suscep[tor], sive Patrinus? Pro resolutione erit

### CONCLUSIO III.

Pattinus in jure dicitur, qui intentione exercendi hanc ceremoniam secundum quod in Ecclesia Catholica fit, tangit physice (immediate, vel medijs vestibus, linteo, aut etiam disco, per se, vel per procuratorem) baptizatum, aut tempore Baptismi, aut statim postquam à Sacerdote levatur de fonte, ubi modis est sic baptizare.

Breviter: in Patrino requiritur volume & fortas suscipiendi, & tactus physicus pugnari per se, vel procuratorem. Prima pars est intentionis communis. Fundatur; quia actus agentium respondeat non pugnat

non operantur ultra eorum intentionem. Quemadmodum ergo ad verum contractum requiritur animus contrahendi; ad veram legem voluntas legislatoris subditos obligandi; pari ratione ad contrahendam obligationem veri susceptoris necessarius est & sufficit animus obeundi munus Patrum ab Ecclesia institutum.

Non autem intentio contrahendae paternitatis spiritus tuus.

Aliqui apud Zanch. de Matrim. lib. 7. disp. 58. n. 2. ad contrahendam cognitionem spiritualem ultra susceptionem exigunt intentionem contrahendae paternitatem spiritualem. Sed falluntur, quia qui vult principale vult accessorium, quod ex eo sequitur.

Quapropter sicuti intendens baptizare, velit nolit, contrahit cognitionem, utpote ab Ecclesia annexam independenter à cuiusque voluntate, ita etiam volens verum munus Patrini obire, seu efficere quod Susceptores efficiunt, impliciter talitem vult, & ideo contrahit, omnem obligationem illius muneri ab Ecclesia similiter annexam. Igitur etiam impräsentiarum oritur obligatio ex consensu, & non absque illo.

Sanè non semper exigi explicitum, & directum consensum in ipsam obligationem, convincitur exemplo damni iustificati, quod obligat ad restitutionem nolentem explicitè & directè obligari.

Similiter ex peccato nascitur obligatio penitenti in hoc saeculo, vel in futuro satisfaciendi per peccatas purgatorii. Iterum ex actu inducendi alium, ut pro me fidejubeat, nascitur obligatio non solum satisfaciendi fidejussori, si pro me solvat; sed etiam cavendi, ne pro me solvat. Rursus iuramentum cum animo jurandi, licet sine animo se obligandi (secundum probabilem multorum opinionem) verè obligat.

Quidni ergo similiter obliget susceptio cum voluntate suscipiendo; sine voluntate se obligandi? Et ratio est, quia obligatio in predictis exemplis, sicut & in casu presenti, non pendet directè & proximè à mea voluntate, sed tantum remotè & in radice; in alio nempe actu, ad quem illa necessaria, sive ex voluntate Dei, seu jure naturali, sive ex voluntate Ecclesia, seu jure Ecclesiastico sequitur.

Aliud cernitur in contractibus, Matrimonio, voto & similibus, quorum essentia, vel saltem effectus intrinsecus & quasi formalis est obligatio: unde definitur contractus L. Labeo 19. ff. de Verb. signif. Ultro curio, obligatio. Et promissio à Theologis communiter describitur: Deliberata & spontanea fidei obligatio, scilicet alteri de re quam piani bona & possibili.

Profectò promittere respectu Dei nihil est aliud, quam velle se obligare, & abfoluta voluntas de praesenti se obligandi Deo, est promissio. Convincitur ergo non velle vovere aut contrahere Matrimonium, qui non vult se obligare. Contrarium appetit in illis actibus, quorum substantiam sequitur obligatio, tamquam effectus resultans ex aliena voluntate.

Stat itaque quæcumque velle exercere ceremoniam suscipiendo baptizatum, ab Ecclesia institutam, sine explica ac directa voluntate se obligandi, qui tamen obligabitur ex voluntate Ecclesie, quæ neminem admittit ad id muneric, nisi cum tali onere.

Si inferas, ergo etiam incurrit obligacionem, qui solum materialiter tangit; sicuti contrahit affinitatem, quæ violenter oprimitur, aut in somno vel amentia cognoscitur.

Affligo disparitatem; quia affinitas originatur præcisè ex ipsa copula, ut suo loco explicabitur. Porro quis dixerit ebrium vel amentem tenentem parvulum, esse verum Patrum, & contrahere obligationem? Itaque sine intentione non ponitur ceremonia, cui ab Ecclesia talis obligatio annectitur.

Evidet quod non sufficiat materialis tactus perspicuum est in illis, qui majoris commoditatis gratia parvulum dum baptizatur brachis gestant, aut supra fontem elevant, susceptoribus veris solum leviter manum apponentibus. Quia itaque tactus iste fieri potest ob diversos fines, necessaria fuit intentio suscipiendo, quæ constitueretur in esse talis ceremonia.

Et hinc patet quare procurator, de quo statim erit sermo, non contrahat ullam obligationem, quia videlicet non suscepit, sive tangit nomine suo, sed alterius. Haec pro prima parte conclus.

Secunda pars constat ex verbis, quibus iura explicant munus Patrini, scilicet, Suscepit, levat, tenet &c. 30. q. 1. c. 1. ibi: Proprios filios suscepissent, ex lavacro sancto. cap. 2. ibi: Ante Episcopum tenuerit ad Confirmationem. Cap. 3. ibi: De sacro fonte levaverit. Et cap. 7. ibi: Eumq. ipse propriis manibus retinendo suscepisset. Quae omnia sicut aliquem contactum physicum, saltem medium habent. Et ita habet praxis Ecclesie.

Unde non contrahit obligationem, qui accipit infans de manibus Susceptoris, neque etiam qui tenet ante Baptismum vel qui adstat solum tempore Baptismi, quasi accipiens infans in curam suam.

Neque obstat, quod baptizandus possit esse

non solum  
materialiter  
tangit  
cognoscitur

22.  
objec.

Non suffi-  
cit consta-  
tus mere-  
materialis

23.  
Sed necesse-  
ria fuit in-  
tentio sus-  
cipiendo,

Juncto con-  
tactu physi-  
co.

30. q. 1. c. 1.  
2. 3. 7.

Quod mul-  
ti illis ex-  
emplis ob-  
tenduntur,

In quibus  
obligatio  
non pende-  
dite &  
proxime à  
voluntate  
mea.

21.  
Contrarium  
cermonie in  
contractu.

bus.

## Disputatio 2. De Baptismo.

384

Etiam res-  
pectu adul-  
ti.

esse adactus, qui per se stare potest; quippe illa tentio vel suscepitio non est ordinata ab Ecclesia ad sublevandam naturalem ipsius imbecillitatem, sed significandam infantiam & imbecillitatem spiritualem.

Non sufficit quoque quod quispiam respondeat in Catechismo; sed nec hoc requiritur, quia tunc verè nondum baptizatus; ordinariē tamen Susceptores etiam respondent. Ita docet Sanch. de Matrim. lib. 7.

Non est ne-  
cessaria Pa-  
trini res-  
ponso.

a. 56. n. 10. contra plures alios, quos citat, qui putant responsonem, forte etiam verbis, omnimodè necessariam esse. Verum jura statim citata nullam mentionem faciunt responsonis; fortassis quia in ipso Baptismo nulla sit interrogatio; sed in Catechismo dumtaxat.

Unde jura, quae ab adversariis allegantur, & videntur exigere responsonem, intelligenda sunt de Patrino Catechismo; nos autem hīc agimus de Susceptore Baptismi, qui potest esse distinctus, quamvis, ut dixi, regulariter sit idem.

Confirmatur ex Trident. sess. 24. de Matrimonio c. 2. Ubi æquiperantur cognationes ortæ ex Baptismo & Confirmatione; perspicuum autem est in hac nulla Patrinorum verba esse necessaria; ergo neque in illa.

Ultima particula, videlicet *Per procurato-rem*, etiam suos patitur contradicentes, inter ceteros Sanchii supra disp. 59. n. 4. hoc principiū fundamento, quia iura requirent actionem personalem: pater ex verbis, quibus utuntur: *Suscipit, accipit, tenet &c.*

Nostram conclusionem tenet Basilius Pontius de Matt. lib. 7. c. 39. n. 10. & merito, ut jam ostendo; quia per procuratorem possunt fieri ea, que iure non sunt prohibita: Reg. 68. de Reg. Juris in 6. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. Intellige, nisi specialiter prohibetur. Idem concedit L. 1. ff. de Procuratoribus §. 2. *Vsus autem procuratori per quam necessarius est; ut qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios possint vel agere, vel conveniri.* Nullo autem iure prohibetur suscepitio per procuratorem; quippe tenere, suscipere, & similes actiones, et si per procuratorem fiunt, iure à nobis fieri dicuntur; quemadmodum dicimus profiteri, jurare, vovere per alium.

Respondet Sanch. supra n. 9. id de jura-mento specialiter esse à iure constitutum propter frequentiam, & necessitatem ad li-rium expeditionem, & hoc in aliquibus casibus iure expressis, secus in non ex-pressis.

Fateor; sed inde vel hoc saltem proba-

tur, quod illa, quæ videntur sonare actio-nem personalem, possint fieri per alium nisi aliquid obstat: hic autem nihil obstat, quod minus ita interpretetur iura supetus allegata, quæ dicunt puerum tangi, tuncipi &c. ut intelligantur per se, vel per alium.

Quin imò consuetudo, quæ est optima legum interpres, permittit Magnatibus & Principibus, sciente, & non contradicente Ecclesiā, suscipere per procuratorem. Quid si in istiusmodi casibus Principes non sunt veri susceptores, certè nullus erit, etiam in sententia Sanchii, qui ibidem n. 12. docet probabilius, procuratorem non contrahere cognationem spiritualem. Ergo Baptismata illa desinuntur præcipuā ceremoniā, quod non est credibile Ecclesiam tam facile per-misuram.

Huius argumento cedit Sanchez alterius n. 6. consuetudine induci posse, ut contra-hatur obligatio Susceptoris, tenenda per procuratorem. Quapropter cum de factō constet consuetudinem esse inducam, ex ea non parum sententia nostra confirmatur. Sicuti etiam ex contractu Matrimonii, qui utique valet per procuratorem.

Sed responderet Sanchez Matrimonium esse contractum; qui solo consensu perficitur, de quo & similibus negotiis intelligit jura supra pro nostra opinione allegata.

Contra; consensus matrimonialis requi-valet traditioni, ut proprio loco patet. Et sanè mutuum, donatio, commodatum, ac similes contractus numquid perficiuntur traditione? Et quis propriete negat eos fieri posse per procuratorem? Sicuti ergo illæ obligaciones contrahi possunt per alium, cui non similiter obligatio instru-di baptizatum, & cognatio spirituallis. Si quidem ille qui suscipit solum est fidejus-coram Deo & Ecclesia pro debita in-structione infantis; jam autem potest quis in alijs materijs fidejubere per alium; ergo etiam in presenti.

Respondet Sanchez Patrem per le-primò constituti Patrem spiritualem, ad quod desideratur realis & personalis con-tactus, ut servetur analogia ad patrem car-nalem, in quo requirunt actu personalis.

Contra; non in omnibus debet esse similitudo inter patrem carnalem & spiritualem, alioquin uti in generatione car-nali necessarii intervenient pater & mater, & utrique incumbit obligatio studiendi filium quoad esse naturale, ita quoque in ge-neratione spiritualli duo exiguntur Patrem, quibus incumbat obligatio ad spiritualem eruditio-nem, cum tamen certè unicus sufficiat. Quid clarius quam Petrum v. g. per electionem

Basil. Pontim.  
C. 55. n. 10.

26.

C. 56. n. 10.

## Sect. 6. De Ceremony's Baptismi. Concl. 3. 385

electionem in Prælatum constitui patrem spiritualem absque ulla actione personali circa suos subditos?

Confirmatio  
tus 3.  
Accedit in confirmationem communis sententia, quod actus susceptionis, ut Sanchez fatetur, nulli præjudicet, & quod non eligatur persona industria in levatione è sacro fonte, sed bene in obligatione instruendi levatum; à qua minime eximunt levans per procuratorem.

30.  
Confirmatio  
tus 4.  
Denique jure antiquo mulier contrahebat cognitionem spiritualem per actionem viri cap. Martinus Extra de Cognitione spirituali ibi: Cum secundum verbum Domini vir & mulier efficiantur per connubium una caro, liquidum est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater eius fuerat, cum quo una caro Teberga noxius extiisse.

Responsio  
Sanchez re  
futurus.  
Respondeo Sanchez, id specialiter jure Canonico fuisse institutum propter unitatem carnis inter conjuges, que non reperiatur inter procuratorem & principalem.

Contra inventur talis unitas, propter quam actio procuratoris merito imputatur mandanti, & hæc sufficit.

31.  
Objetio 1.  
Lex 2. ff. de  
Adopt.  
Arguis cum Sanchio supra n. 4. cognitio legalis non potest contrahi adoptando per procuratorem, argumento L. Post mortem 25. ff. de Adopt. ibi: Neque adoptare, neque adrogare quis absens, nec per alium eufrandi solemnitatem peragere potest.

Solvitur.  
Respondeo esse particularem constitutionem; ostendat Sanchez similem circa ritum suscipiendo, & statim ei subscrivimus.

32.  
Objetio 2.  
Solvitur.  
Arguis Secundo, impedimenta Matrimonij sunt odiosa: ergo minime inducenda, ubi non est jus expressum.

Objetio 3.  
Solvitur.  
Respondeo impedimentum, id est, cognitionem spiritualem jure expressissimum tam novo, quam antiquo consequi veram susceptionem: pôrrò susceptionem per procuratorem esse legitimam, quamvis nullo jure explicitè decernatur, implicitè tamen, ut diximus, constituitur in illis iuribus, in quibus dicitur quilibet negotia posse peragi per procuratorem, cùm nulla sit ratio hoc negotium excipiendo.

33.  
Objetio 3.  
Arguis Tertiò, qui baptizat per procuratorem non contrahit cognitionem: ergo neque qui suscipit.

Solvitur.  
Respondeo negando consequentiam. Do disparitatem; quia procurator baptizans contrahit impedimentum, utpote regenerans nomine suo, & nomine Christi, quamvis ex licentia alterius; procurator autem suscipiens non tenet nomine proprio vel Christi, sed nomine mandantis.

Disparitas  
inter bapti  
zantem per

quens non contrahere cognitionem: enim vero qui exercet actum externum, ex quo induceretur obligatio, non manet obligatus, si verè confiteri ipsum non fieri talen actum suo nomine exerceuisse. Breviter, unus verè baptizat, alter non verè suscipit. Quid ergo mirarum, si procurator suscipiens non contrahat cognitionem?

Hæc est communior & probabilior sententia, pro qua extat duplex declaratio Cardinalium apud Farinacum & Rebustum num. 90. & 92. Prima: Procurator non contrahit cognitionem spiritualem sibi, sed mandanti. Secunda: Qui levat aut tenet procuratorem nomine nullam contrahit spirituellem cognitionem. Nihilominus

34.  
Objetio 2.  
Lex 13. ff.  
Commod.  
Objicitur Primò; L. Is qui 13. §. S. Libero. ff. Commodati. ibi: Plerumque enim id accidit, ut extra id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur.

Responso.  
Respondeo Sanchez supra n. 13. in casu illius legis, eum qui commodavit voluisse commodare, & commodatarium sibi obligare, licet crederet se commodare servos, qui tamen erat liber; ac proinde non fuit defectus voluntatis ex parte commodantis, sicut deficit in procuratore animus tenetum nomine proprio.

35.  
Objetio 2.  
Lex 67. ff.  
de Procur.  
Objicitur Secundo; L. Procurator qui pro evictione. 67. ff. de Procur. ubi qui tamquam procurator de evictione promittit, tenetur, etiam finito officio. Etsi, inquit, negotium agere deservit, obligations samen onere Procurator auxilio non levabur.

Responso.  
Respondeo intelligi, quandò alieno nomine facienti acquiritur aliquid, ut in casu istius legis acquirebatur, in praesenti autem nihil venit querendum procuratori; nec animum habet sibi aliquid querendi.

36.  
An vir po  
sit assumere  
mulierem  
in procura  
torem?  
Sed numquid vir potest assumere mulierem in procuratorem? Negat Diana, dicens fundari in Rit. Rom. & Trident. sed nulla est apparentia. Magis apparenter potuisse adducere declarationem Cardinalium, qua refutatur ad less. 24. c. 2. Procurator non contrahit cognitionem spiritualem sibi, sed mandanti. Hinc est, quod unus, qui sit viri, alter qui sit procurator mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere possum, sed non duo viri, vel duas mulieres; unusquisque tamen proprio nomine, non item viri loco mulieri, vel mulier loco viri.

Negativa  
pars videtur  
fundari in  
declarationis  
ne Cardi  
nalium;  
Equidem est declaratio Cardinalium, de qua non satis authenticè constat, inhærendo decreto Urbani VIII. sub die 11. Augusti Anni 1632. Verba autem decreti sunt hæc. Cum ad notitiam huius sacra Congregationis pervenerit, quam plures declarationes, decreta, seu decisiones sub nomine eiusdem sacrae

Dé qua non  
satis constat  
inhærenda  
Decreto U  
bani VIII.  
Cccc Congre-

Congregationis absque illius auctoritate impres-  
fas in libris, seu alijs operibus circumferri &  
allegari, multaq; ex declarationibus, decretis  
seu decisionibus iuxta contingentiam casuum, il-  
lorumq; qualitates & circumstantias, à sedi-  
versis temporibus factas, secundum ea, que  
proponerantur, fuisse alteratae, immutatae,  
diminutas, ac forsan alias memito. Congre-  
gationis nomine confessas, nullq; propterea au-  
thentico sigillo munatas, illaq; per tribunalia  
tam in urbe, quam per orbem circumferri &  
allegari, considerans eadem sacra Congrega-  
tio Rituum, quantum detrimenti recipi posset,  
si aliqua fides illis adhibetur, ex speciali  
S. D. N. Urbani VIII. iussu mandat, & pre-  
cipit huiusmodi declarationibus, decretis, seu  
decisionibus, tam impressis, quam imprimen-  
dis, ac etiam manuscriptis nullam fidem in iac-  
ticio, vel extra esse adhibendam, sed tantum  
illu, qui in authentica forma, solito sigillo &  
subscriptione Eminentis Cardinalis Prefecti ac  
Secretariorum eiusdem Congregationis pro tempore  
existentium munatas fuerint. In quorum fidem  
hac propriâ manu subscriptimus, & sigilli pro-  
prii S. Rituum Congregationis impressione com-  
muni ac typis mandari iussimus. Datum Rome  
die 11. Augusti 1632. C. Episc. Port. Card.  
Pius. Locus † sigilli lul. Roffi. gloss. Sece.

*Unde affi-  
mativa pars  
judicatur  
vera;*

Cum ergo aliunde constet, quod in  
alijs contractibus possit (etsi in Matrimo-  
nio minus deceat) mulier esse procurator  
viri, & vir mulieris, idem iudico affir-  
mandum in susceptione baptizati de sacro  
fonte.

Deinde sensus declarationis esse potest:  
procurator mulieris, sive vir fuerit sive mu-  
lier, non suscipiat nomine viri, sed nomine  
proprio, hoc est, nomine mulieris, à qua  
institutus fuit, similiter procurator viri,  
sive mulier sive vir, nomine viri, & non  
mulieris; procurator quippe non potest  
agere nisi nomine mandantis, alioquin con-  
vincitur principialis.

Cæterum cum sepe in hac conclusione  
mentionem fecerimus obligationis, quam  
contrahunt veri Patrini, inquiramus pro fine  
hujus discursus, quod sit objectum istius-  
modi obligationis? Responso in promptu  
est, instruere baptismatum in fide, & mo-  
ribus Christianis, præter impedimentum  
Matrimonij, de quo proprio loco.

Sumitur ex D. Aug. Ser. quodam post  
Paſcha, qui sic incipit: Hodierum dies, &  
refertur de Consec. dist. 4. c. 105. Verba  
textus subscrivo: Vos ante omnia tam mu-  
lieres quam viros, qui filios in Baptismo suscep-  
tis, moneo, ut vos cognoscatis fidei suorum apud  
Deum existisse pro illis, quos vici eis de sacro  
fonte suscipere. Ideoq; semper eos admonere, ut

caſtitatem custodiāt, iustitiam diligat, di-  
uinae teneant.

Et paulò post: Ante omnia Symbolum &  
orationem Dominicam, & vos ipsi sente, & u-  
li, quos suscepitis de sacro fonte, ostendat. Sub pri-  
ori DD. communiter, quia materia gravis, ut si  
paret, & unusquisque tenet illud facere,  
Ieu illud mutuus expiere, quod alium, at  
que assumendo tacite promittit se faci-  
rum. Interim quia præceptum affirmati-  
vum, quamvis semper, non tamen pro le-  
per obligat.

Hinc cessat præsens obligatio, quando  
baptizatus habet parentes vel Parochum  
aut præceptorem, à quo creditur sufficien-  
ter instruendus; adeoque ab hoc onere ple-  
rumque exculuntur Patrini in regionibus  
Catholicorum, ubi patentes & Parochi, lo-  
digiſtri, alijve religiosi, vel p̄f secula-  
res solent instruere & docere pueros; in alijs  
autem partibus sive hereticorum, sive etiam  
Catholicorum, in quibus multi rudiores  
homines proles suas tamquam belliosas  
educant, existimo rem esse plenam per-  
culi: postquam tamen baptizatus semel fa-  
tis fuerit instructus, expirat omnis obliga-  
tio, quia jam desit esse in statu spiritualis  
infantiae. Ita Suarez ad art. 8. q. 67. & alijs.

Ex dictis & probatis hâc conclusio  
pervium est, irrito plane conatu assumi  
ad munus Susceptoris pueros ante usum ra-  
tionis vel amentes, utpote incapaces deb-  
et intentionis. Immò secundum Rituale  
Rom. Tit. de Baptismo §. de Patrini:  
Patrinos saltem in estate pubertatis, ac Sacra-  
mento Confirmationis signatos esse maxime  
convenit. Præter hos autem

#### CONCLUSIO IV.

A munere susceptoris jure posi-  
tivo arcentur, Primo Abba-  
tes, & Monachi. Secundo  
infideles, id est, non bapti-  
zati. Tertiò proprij paren-  
tes. Attamen validè susci-  
piunt.

Primum patet ex Concil. Antisodo-  
rensi cap. 25. & refertur de Consec.  
dist. 4. cap. 103. Non licet Abbati, m. acti  
Monacho de Baptismo suscipere filios, nec com-  
marij habere. Item ex lib. capitulorum, f. 104. cap. 40  
& ponitur ibidem cap. 104. Monachi filii  
comparres, commarijve non faciunt. Accede-  
confli-

*Eugen. Papæ.* constitutio Eugen. Papæ 16. quæst. 1. c. 8. Placuit communis nostræ concilio, ut nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo aju prestatum, neque penitentiam dare, neque filium de Baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire &c.

Quo nomine non comprehensur reliquias mendicantes: Ex quo perficè manifestum est nomine Monachorum non comprehendendi Religiosos mendicantes, utpote qui excent de monasterio, penitentiam dant, baptizant, infirmos visitant &c. Monachi ergo sunt, qui ex professione sua colunt solitudinem, & sibi ipsi solummodo vacant; adeoque minus apti sunt ad proximum instruendum, cum tamen Mendicantes etiam aliorum eruditio ex sua professione quam maximè intendant.

Excipio Fratres Minores, quibus munus suscepitoris expressis verbis prohibetur per regulam c. 11. ibi: Nec fratres compates virorum, vel mulierum. Ratio adjungitur: Ne hac occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur. Quamvis ergo alijs Religiosis mendicantibus per se non sit illicitum suscipere in Sacramento Baptismi, tamen propter rationem, quam motus fuit B.P.N. Franciscus, ut suis fratribus id munus prohiberet, videtur minus decens & conveniens.

40. Antequam pergo haud gravatum exscribo quod circa hoc præceptum Regulæ nostræ ordinavit Mart. V. Bullâ: Cum generale Capitulum. 13. apud Cherubinum: Item statuimus & ordinamus, quod nullus Fratrum de cetero profundat fieri compater virorum vel mulierum: & qui iam compateri atem contraxerint, quantum in eis est, hoc nomine se à nomine nominari permittant, nec ipsi alios nominent. Haec Martinus. Profecitur Capitulum: Et hoc ( inquit Capitulum Generale 44. Interamna celebratum anno 1500. explicans cap. 11. Regulæ ) præcipue intelligendum est de viris & mulieribus virili conditionis & male fame. Tali enim occasione inter Fratres vel de Fratribus scandalum facile oriri potest: secùs esset de viris nobilibus & generosis, ex quorum conforto decus & splendor Religioni acquiritur. Sicut igitur Ecclesia id vetat Monachis, ita nostra Regula Fratribus Minoribus: Et utraque est obligatio equalis. Hactenus Capitulum Generale.

Ex quibus verbis Franciscus à S. Clara in Manuali Missionariorum cap. 13. sic concludit: In Missionibus sàpè prudens necessitas suadet suscipere parvulos infantes, nec scandalum ullum potest oriri; & ideo in similibus occurrentijs, ubi & quant-

do non est scandalum, licere putandum est. Sed dicet aliquis: si utraque obligatio est æqualis, ut ait Capitulum Generale, & obligatio Ecclesiæ non cessat cessante scandalio in casu particulari ( ut suppono ) quomodo cessat obligatio Regulæ cessante scandalio in casu particulari?

Non video quid responderi possit, nisi scandalum fuisse & esse adequatam rationem præcepti Regulæ, secus præceptum Ecclesiæ. Et quidem præceptum Ecclesiæ prater scandalum habuisse & habere aliam rationem patet ex dictis. Atque ut præcepti Regulæ adæquata causa forer scandalum, hoc intelligendum esset de periculo scandali, quod semper subest, licet huc & nunc in casu particulari nullum scandalum oriatur. Sed revertatur ad alios Religiosos.

Juxta superius dicta intelligi debet quod ait R. Rom. Tit. de Baptismo §. de Patrinis in fine: Præterea ad hoc ( munus suscipiendi ) etiam admitti non debent Monachi, vel Sanctorum, neque alij cuiusvis Ordinis Regulares à seculo segregati. Utique plenariè, qualiter non sunt segregati à seculo Mendicantes. Itaque ly à seculo segregati, est particula restringens; alia dixisset simpliciter, cujuscumque Ordinis Regulares; siquidem omnes sunt quādam ratione à seculo segregati.

Omitto quodd. Rituale, tametsi ob auctoritatem Papa plurimum sit testimandum in materia doctrinali, similiter quantum ad intellectum Canonum aliquoquin controversorum; equidem non videtur obligare defectu mandati, aut certè promulgationis, quatenus novas leges positivas inducit.

Quod bene notandum est, quia ibidem Infidelibus, quos secundo loco in conclusione enumeravimus, copulat hereticos, publicè excommunicatos aut interdictos; item publicè criminosos aut infames: Sciant, inquit, Parochi ad hoc munus non esse admittendos infideles, aut hereticos, non publicè excommunicatos aut interdictos, non publicè criminosos aut infames; cum tamen conflet jus antiquum solummodo loqui de non baptizatis, aut non confirmatis.

Quaris, quod sit illud jus antiquum? De Consec. dist. 4.c. 102. ex Concilio Moguntino sic lego: In Baptismate, vel in Christmate *Cone. Mag.* non potest alium suscipere in filiolum, qui non est ipse baptizatus, vel confirmatus. Qui Canon non necessariò extendit ad hereticos; tum quia in iure positivo non valet argumentum à pari; tum quia fundatur in carentia *Jure antiquo non exclusus*

Ccc 2. Baptis.

*Rituale Ro-*  
*manum*  
*non exclusus*  
*dit mendica-*  
*entes ab*  
*hunc muse-*  
*re.*

41.

42.

Est tamen  
fratribus  
Minoribus  
id inhibi-  
tum per re-  
gulam.

40.

Baptismatis; ita ut etiam Catechumeni fideles illo jure censentur ab hoc munere excludi; haereticos autem liquet suscepisse Baptismum.

Sed potius  
ex natura  
rel,

Rit. Rom.

Hi ergo potius censentur exclusi ex natura rei tamquam minus idonei ad instruendum in fide & bonis moribus: prout etiam qui ignorant rudimenta fidei: Hec enim, inquit Rit. supra Patrini spirituales filios suos, quos de Baptismi fonte suscepint, ubi opus fuerit opportuno docere tenentur.

Sed quid si scirent rudimenta pro tempore, quo apparenter posset esse necessaria instruatio, cuius infans actu incapax est? Non apparat tanta inconvenientia, quanta bene in excommunicato & interdicto, qui jure arcentur a divinis. Licet enim haec ceremonia non sit officium divinum (utpote quae fieri possit a laico, cum tamen divinum officium sit proprium clericis) equidem solus sacerdos est ordinarius minister Baptismi solemnis, & ideo minus congruit ad hanc solemnitatem admittere eum, qui jure a divinis aretur.

De cetero si esset periculum, quod infans baptizaretur ab haereticis, nisi pastor ad instantiam parentum haereticorum, admittat patrimum excommunicatum, interdictum, aut similem, non videatur illicitum huiusmodi admittere, praesertim protestando infantem debere instrui in fide Catholica & bonis moribus. Ex duobus quippe malis minus est eligendum. Et aliunde jus scriptum, ut supra dixi, solum loquitur de non baptizatis. Quod an obliget universam Ecclesiastem pender ex generali ejus acceptatione: etenim est particularis Concilij, cupus decreta non ligant universam Ecclesiam, nisi ab ea fuerint acceptata.

Bene autem Rit. supra monet parochos, ne admittant infideles, id est, non baptizatos; quia prohibitio ista infideles non potest directe concernere, utpote non subditos Ecclesie defectu Baptismi, ideoque ad alios dirigitur, ne designent, aut admittant.

Terciò a munere susceptoris arcentur proprii parentes, qui, inquit Dicastillo disp. 2. n. 58. Can. Perennit. & Can. Ad limina, 30. q. 1. prohibent esse patrini, etiam in defectum alterius, qui possit esse; minus enim patrini non est tantæ necessitatis.

Sed ego legens & relegens postremum Canonem nihil simile potui in ipso reperire. Quid ergo dicit? Laudat patrem, qui proprium filium in necessitate baptizaverat. Hec sunt Pontificis verba: Vnde si supradictus genitor filium sancti corporis moriente affi-

cens, ne animam perpetuam morte perirentem dimitteret, sacra unda Baptismatis lavat, ut cum de potestate auctoris mortis & tenebrarum ciperet, & in regnum Christi iam regnatum sine dubitatione transmitteret, bene fessile lundatur, idcirco sue uxori sibi iam legitimè sociale, impune quādiū vixerit iudicamus manere coniunctum: nec ob hoc contra prefatas auctorates divinas aliquatenus separari debere.

Idem docet Rit. Rom. supra §. de ministerio Baptismi: Pater am mater proprium problem baptizare non debet, praterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, quod baptizet, neque tunc ullam contraham cognitionem, qua matrimonii usum impedit. Sed quid hoc ad propositum? Ceterum nihil.

Nota etiam Can. Perennit. quatenus principi separationem conjugum, qualiter ratione suscepit proprios natos, correctum esse per cap. 2. de Cognitione spirituali ibi: Si vir vel mulier scient vel ignoranter filium suum de sacro fonte suscepit, an propter hoc separari debeant; Coniugalia taliter respondemus, quod quamvis generaliter sit institutum ut debeat separari, quidam tamen humani sententes aliter statuerunt. Ideo nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi, nec alter alteri debet subtrahere nisi al continentiam servandam possint inducere; quia si ex ignorantia id factum est eos ignorantia excusat videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus. Ita Alexander III. Salernitanus Archiepiscopo.

Ubi glossa ad verbum, Debitum debet interrogat: Sed numquid potest exigere? Petet, inquit, dici, quod ille qui hoc fecit ignorantia potest reddere & exigere, quia non peccavit; qui vero scienter, satis videtur, quod non debet exigere, sed reddere tenetur: tamen non imminimus probitum in hoc casu, quod non exigat; ergo nec nos prohibeamus.

Interim susceptionem propriæ prohæc illicitam, satis ostendit vel ex hoc ipso a capite ibi: Sive ex malitia: esto ly Malitia hæc accipiatur pro scientia, ut scilicet sit: si ex ignorantia, sive ex scientia. Nam si actus procedens ex scientia esset bonus, incongrue scientia appellaretur malitia; & perperam dicere Pontifex: Si ex malitia (id est, scientia) eis sua fraus non debet patrini vel dolus; cum fraus vel dolus fugiat, actum malum.

Confirmatur ex Can. Perennit, ubi pro ratione separationis Pontifex allegat: Ne studente diabolo tale vitium molestat.

Cononat Can. 4. eadem causa & q. desumptius ex Concil. Cabilonensis 2. cap. 1. Calixtus II.

## Sect. 6. De Ceremonijs Baptismi. Concil. 4. 389

*Si qua, inquit, mulier filium suum desiderat aut fraude aliquā coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam aut propter fraudem, quādū rivet agat pénitentium, & viro tamen suo non separetur.*

*Mogunt. Et cap. sequenti ex Concil. Moguntiensi c. 10. dicitur. Si coniuges legitiimi ambi ait ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de fonte suscipere, si impedi permanere voluerint, bonum est: fin autem, gravis pénitentia infidulatori inungatur, & simul maneat.*

*Rituali Romano. Hinc Rituale supra de Patrinis: Sed simul non admittantur duo viri, aut due mulieres, neque ipsius baptizandi pater aut mater. Enim vero susceptor est ordinatus ad instruendam problem in defecū parentum, ergo convenit quod ab illis sit distinctus.*

*47. Quae ratio (uti etiam præcedens, vide licet consanguinitas spiritualis) non habet locum in conjugibus pariter suscipientibus problem alienam, quo circa Urbanus II. Vitali Presbtero Brixie ita scribit, & referuntur 30. q. 4. c. Fin. Quid autem utorum cum marito in Baptismate simul non debet suscipere puerum, nullā autoritate reperitur prohibitum. Addit: Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conservetur immunit, dignum esse decernimus, ut utriusque in simul ad hoc aspirare minime presumant.*

*Ubi non hoc præceptum esse putandum est, sed solum consilium ad evitandam infamiam, quæ forte per accidens inde posset ori; Credent enim stulti (ait Gloss. ibi, V. Et infamia) aliquam proximitatem inter eos contrahiri, si simul suscipere. Vel, si id prohibuit ibi Pontifex, non est usu receptum, saltem ubique, ut bene notat Gloss. supra dicens: De consuetudine est tamen in quibusdam locis, quod uterque simul suscipiat. Unde neque illos arcendos monet Rit. Rom. supra; quod tamen absque dubio fecisset; si generaliter id esset illicitum.*

*48. Restat ultima pars conclusionis, quæ propter Can. 102. de Consec. dist. 4. supra citatum aliquibus displicet, sed immertit, ut patebit ex dicendis. Atque in primis quantum ad Monachos, & proprios parentes, liquet profecto corum suscepionem valere, argumento c. ad Apostolicam extra de Regul. ibi: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinere roboris firmatatem.*

*Monachis, & proprii parentes, si suscepint, valeat suscepio.*

*Quis nesciat prohibere actum, & irritare illum, esse effectus diversos? Siquidem prohibere solum est præcipere seu obligare ut actus non fiat; irritare autem est reddere inefficacem voluntatem vel consentum ejus, aut inhabilitare personam. Alioquin frustra distinguenter omnes Theologi impedimenta Matrimonij in impedientia*

*solum & dirimentia. Inde aliquando prohibetur actus, qui invalidari non potest, ut cum alicui Sacerdoti prohibetur ne sacrificet, aut Episcopo ne ordinet.*

*Ut ergo lex actum quem prohibet etiam irritare censetur, necesse est quod contineat clausulas expressè irritantes ( quales sunt; Irritanus, annulamus, si irritum, non faciat suum, teneatur statim restituere, nihil facit, non valeat &c.) vel eo sensu sit alii recepta; vel concedat potestatem actus non solum appositâ conditione, sed etiam conditionate, vel denique prohibeat actum ratione effectus permanentis, ut videri potest in Tract. de Legibus, ubi de lege irritante. Talis autem non est lex prohibens Monachis, & alijs susceptionem, ut liquet ex iuribus supra allegatis.*

*Solum obstat videtur huic doctrina lex 5. Cod. de LL. ibi: Quæ lege fieri prohibetur, si fuerint facta, non solum iniuria, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit iuris esse debere quod factum est. Accedit Non obstantibus 1. § Cod. de LL. & Reg. 64. de Reg. Ju. ris in 6. Ut ab hac regula exordiar,*

*Respondeo eam non alloqui hominem privatum; sed judicem instruit, ut videat in quo gradu sit actus contra jus, atque ita illum puniat, vel retractet. Quippe interdum actus non solum est contra jus dum sit, sed etiam dum impletur, & tunc indubie irritandus est, argumento L. 6. Cod. de Paetis. Pacta quo contra leges constitutio[n]es, vel contra bonos mores sunt (etiam dum impletur) nullam vim habere indubitate iuris est. Neque enim ad malum potest esse obligatio.*

*Aliquando autem actus est contra jus irritans ipso facto, subinde contra jus tantum prohibens; & quamvis tunc à parte rei valeat, potest nihilominus in peccatum delicti à judice rescindi, si rescindibilis est. Porro recte dicuntur & illi actus pro infectis haberi, quia firmiter facti non sunt; quemadmodum illa quæ fiunt ex metu, aliqua iure pronuntiant invalida & infecta &c, cum tamen ex alijs iuribus constet non ipso facto irrita, sed solum per judicem irritanda esse. Alij simpliciter respondent regulam præstatam intelligi debere de jure dirimente, ne alioquin contradicat c. Ad Apostolicam. iura enim iuribus concordan- da sunt.*

*Sed quid ad legem civilem? Respon- deo Primo, minimè locum habere in terris imperio non subjectis. Secundo esse cor- rectam per ius canonicum c. Ad Apostolicam.*

*Ccc 3*

*Ogia nos  
est ius irritans actum,  
sed tantum prohibens.*

*49.*

*Solidū obstat videtur huic doctrina lex 5. Cod. de LL. ibi: Quæ lege fieri prohibetur, si fuerint facta, non solum iniuria, sed pro infectis etiam habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit iuris esse debere quod factum est. Accedit Non obstantibus 1. § Cod. de LL. & Reg. 64. de Reg. Ju. ris in 6.*

*50.  
Responso  
z. ad l. 5.*

*saltem*

Responsio  
secunda.

Cap. 1. de  
Novi operis  
nuntiatione.

Objectio.  
Greg. Papa.

Solutio.

5<sup>1</sup>.  
Responsio  
2.

5<sup>2</sup>.

Aien. III.

Saltem pro causis Ecclesiasticis, qualis est illa, de qua hic disputamus.

Audiamus c. 1. de Novi operis nuntiatione: *Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacerorum statuta Canonum Principum constitutionibus adiuvantur. Quis autem dicere, destruuntur? destruerentur autem, si generaliter, quae fieri prohibentur, facta non teneant.*

Nec obstat c. 13. 25. q. 2. ubi Greg. Papa in Regesto L. 7. indict. 2. Epist. 7. Januario Caralitano responderet in hac verba: *Imperiali constitutione aperiunt sanctum est, ut ea contra leges sunt, non solum iniuria sed etiam pro infectis habenda sint. Non obstat, inquit, quia citat hanc legem non generaliter ad quemcumque effectum; sed ut ostendat invalidum esse testamentum cuiusdam Abbatissæ; quod ex alia lege imperiali prohibebatur.*

Respondeo Tertiū, ex vi illius legis civilis actum non esse invalidum ante omnem sententiam; cum sit irritatio penalís, ut colligit ex his verbis legis: *Nec penas insertas legibus evitabit. Hoc enim positum est tamquam fundamentum eorum, quæ dicenda erant. Unde sequitur: Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, quæ contrahant, lege contrahere prohibente. Utique in pœnam transgressionis legis.*

Ubi nota ly *Videri volumus*, quod spectat ad actum hominis; quasi diceret, volumus per hominem declarari & judicari nullum contractum subsecutum. Plura in Tract. de Legibus. Non prætereundum tamen hic, secundum plures Auctores, legem illam propter duritatem ejus & nimium rigorem usū esse antiquatam, sive abrogatam, aut si mavis non receptam.

Itaque si nuda prohibitio contractus civilis, non obstante lege, *Non dubium, propter contrariam consuetudinem, & alias rationes assignatas, ipso facto non irritat; quantò minus simplex prohibitio non levandi prolem de sacro fonte, ipso jure annullabit susceptionem contraria prohibitio- nem attentataem?*

Licit enim, inquit, Alex. III. c. 2. de Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota matrimonialia transire non debuerit: non est tamen conveniens, ut ob id solum Sacramentum coniugij dissoluyatur. Alia tamen penitentia eis debet imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt. Ergo similiter, Monachis v. g. contra prohibitionem Ecclesiæ suscipientibus baptismatum de sacro fonte, alia penitentia imponatur, quod factum

tamen est, ratum permaneat.

Evidem & hic attendenda est con-  
suetudo, an fortè contra legem non pra-  
scripsit; quippe in aliquibus locis videtur  
fine aliquo scrupulo Abbates & Abba-  
tissæ hoc munus per se vel per procurato-  
rem exercere. Et quid mirum? Nam in-  
ter plerosque Catholicos, ut dictum est,  
cessat ratio prohibitionis, cum vix un-  
quam sit necessaria instructio baptizati im-  
mo fortè à nullo practicata.

Venio ad infideles, id est, non baptiza-  
tos, de quibus est specialis difficultas prop-  
ter Can. 102. supra allegatum, in quo non  
solum prohibetur ipsis suscepit, sed etiam faci-  
videtur irritari per ly *Non potest quod æqui-  
valet ( ut aliquibus placet ) huic particule,  
Nihil facit, quam supra enumeravimus in-  
ter voces expresse irritantes.*

Sed contra, particula, *Nihil facit, expre-  
negat effectum; ly autem Non potest, po-  
tentiam faciendi; que potentia duplex est,  
juris videlicet, & facti.*

Profectò id simpliciter possumus, quod  
jure possumus, & non possumus, quia illici-  
tè facimus, argumento L. Filius 15. f. de  
Condit. instit. ibi: *Nam que falsa latet  
pietatem, existimationem, reverendum nostrum,  
& ( ut generaliter dixerim ) contra bonas mores  
sunt, nec facere posse credendum est.*

Quocirca bene dixit D. Aug. lib. con-  
tra mendacium c. 17. & refutat 22. q.  
2. c. 15. *Faciat bonus etiam pro temporali ho-  
minum salute, quod potest. Cum autem ad hanc  
articulum ventum fuerit, ut talis salutis confite-  
ri si peccando, non posse, iam se existimet non ha-  
bere, quid faciat: quando ut reliquum esse pa-  
spexerit, quod rectè faciat. Rectè, inquit, id  
est, sine peccato.*

Ubi Glossa Verb. *Quod potest, ait, Ex hoc  
capite habes, quod solum illud dicimus posse  
facere, quod iuste facere possumus. Quandoque  
hac dictio, posse, simul denotat potentiam iuri,  
vel facti, ut extra de Rescriptis. Sciscitatus;  
quandoque potentiam facti tantum, ut 8. q. 1.  
Moyles, quandoque refutat ad honestatem, de  
Penitentia, dist. 2. Charitas f. de Condit.  
instit. Filius, quandoque ad communitatem f. de  
Verb. signif. Nepos Proculo.*

Et in Reg. 1. de Reg. Juris in 6. Bene-  
ficium Ecclesiasticum non potest licet sine ini-  
tiatione canonica obtineri. Licit, inquit Glossa,  
superabundat, id enim dicimus posse quod licet  
possumus.

Cum itaque res sit dubia & obscura, nec  
non lex irritans odiosa, utpote auferens  
quodammodo jus naturale, quod quilibet  
habet ad efficiendos actus validos, imme-  
ritò hæc particula, nisi materia legis, aut  
alio

alia circumstantiae plus exigant, habetur pro irritante; quippe juxta Reg. 30. de Reg. Juris in. 6. In obscuris minimum est sequendum. Et Reg. 57. eodem: Contra eum qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio facienda. Jam autem non est dubium, quin legislator potuerit clarissim exprimere irrationem praesentis actus, & verisimile est, quod expressisset, si eam intendisset.

Unde be-  
nignior pars  
amplecten-  
da est, vid.  
quod valde  
suscipiat.  
L. 12. ff. de  
reb. dub.

Conformat-  
ter ad jus  
tam civile  
quid cano-  
nicum.  
L. 80. ff. de  
Verb. Oblig.  
cap. 25. de  
verb. signif.  
ibidem.

Quapropter amplectitur benignoitem partem, quod res, de qua agitur, magis valeat quam pereat; argumento L. Quotiens in actionibus 12. ff. de Rebub. dubiis ibi: Quotiens in actionibus aut exceptionibus ambi-  
guia oratio est, commodissimum est id accipi, quo  
res, de qua agitur, magis valeat quam pereat.  
Et L. Quotiens in stipulationibus 80. ff. de  
Verb. Oblig. Quotiens in stipulationibus ambigua  
est oratio, commodissimum est id accipi, quo res  
de qua agitur in situ sit. Conformat jus Ca-  
nonicum extra de Verb. signif. c. Abbate.  
25. ibi: Profecto sic intelligenda sunt illa verba,  
ut res, de qua agitur valere posse potius, quam  
perire.

Porrò neque materia, neque illa alia circumstantia postulat, ut ly Non potest, in Can. 102. supra allegato sensum accipiat irritantem: saltem quoad obligationem instruendi: nam quod ad cognitionem spiritualem atinet, plurimi (quos citat & sequitur Diana parte 10. Tract. 16. resolut. 89.) docent, eam non contrahi nisi inter personas baptizatas; quatinquam oppositum non sit improbabile, de quo latius in materia de Matr. ubi etiam, An parentes proprias proles suscipientes prævenient iure pe-  
tendi debitum.

Placet imprimis annalista numerum Patrum, de quo sic statuit Con-  
cil. Trident. sess. 24. de Refor. Matr.  
cap. 2.

## CONCLUSIO V.

Unus tantum, sive vir sive mu-  
lier, juxta sacrorum Cano-  
num instituta; vel ad sum-  
mum unus & una baptiza-  
tum de Baptismo suscipient.

55.  
Congruen-  
ter unus  
unus & una  
baptizatum  
suscipient.

Sunt ipsissima verba Concilij. Ratio  
congruentia est, ne nimium multipli-  
ceretur cognitio spiritualis, cum periculo fa-  
pius invalidè contrahendi Matrimonium:  
deinde in generatione naturali solum con-  
currunt vir & mulier, non duo viri, aut

duae mulieres. Denique ne multiplicitas  
Succipitorum impedit curam baptizati,  
dum quisque alteri ficit.

Verum quia non omnis constitutio pro-  
hibens, semper est irritans, ut praecedenti  
conclusione quasi ad oculum demonstra-  
vimus; hinc gravis orta est controversia  
inter DD. an si plures designentur & ad-  
mittantur, ac simul tangant, omnes sint ve-  
ri Patrum non solum quoad obligationem  
instruendi, quod facile admiserim, sed  
etiam quoad cognitionem spiritualem? An  
te resolutionem

56.  
Nota eodem loco Concilium praecipere  
Parochis, idque sub pena arbitrio Ordina-  
rii infligenda, ne plures quam duos desig-  
natos admittant. Verba sunt haec: Parochus,  
amegam ad Baptismum conservandam accedat,  
diligenter ab ys, ad quos spectabit, sciscietur,  
quem, vel quos elegerint, ut baptismum de sa-  
cro fonte suscipiant; & eum, vel eos tantum ad  
illum suscipiendum admittat, & in libro eorum  
nomina describat; doceatq. eos quam cognicio-  
nem contraxerint; ne ignorantia illa excusari  
valeant. Et infra: si Parochi culpa vel negli-  
gentia secus factum fuerit arbitrio Ordinarii  
punatur.

Ubi Primo requiritur designatio ab iis, Designatio  
ad quos spectabit; parentibus nimis bapti-  
zandi, vel qui vices parentum supplent.  
Quod si parentes nullos designaverint, pertinet ad  
parentes vel  
supplentes  
eorum vi-  
ces.

Secundo requiritur admisso Parochi.  
Evidem qui iniuste rejicitur habetur ab Ecclesia pro admisso. Tertio praecipitur Parochis, ut non admittant nisi eum, vel  
Admisso  
ad Pater-  
rem.

Ad quartum praecipitur iisdem, ut nomina Patrum  
in libro describant, & doceant eos quam cognitionem contrahant cum Baptizato,  
& parentibus eius naturalibus.

57.  
Admittentes  
plures sola  
peccare ve-  
nialiter do-  
cet Sanchez,

Si autem queritur, quantum sit pecca-  
tum plures quam unum & unam admis-  
tre ad suscipiendum? Respondeat Sanchez  
de Matr. l. 7. disp. 57. n. 6. eis solum ve-  
niale. Quia si quis ante Concilium Tridentinum plures Patros adhibueret contra  
iustus antiquum, non peccasset nisi venialiter,  
teste eodem Auctore n. 1. Synodus autem Tridentina noluit maiorem obligationem  
inducere, ut patet ex illis eius verbis: Iuxta  
sacrorum Canorum instituta, quibus indicat se  
nolle maiorem obligationem inducere,  
quam ante in hac materia induxerant sa-  
cri Canones. Pro quo

Adverte

## 392 Disputatio 2. De Baptismo.

*Leo Papa.* Adverte olim statutum fuisse, ut in Baptismo unus tantum esset Patrinus. Ita Leo Papa, & referuntur de Consec. dist. 4. c. 101. Non plures ad suscipiendum de Baptismo infantem accedant, quam unus, sive vir, sive mulier. Si tamen plures accesserint, omnes siebant veri Patrini, ut docet Bonif. VIII. in cap. Quamvis 3. de Cognitione spirituale in 6. Quamvis non plures quam unus vir, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de Baptismo infantem, iuxta sacramentorum Canonum instituta; si tamen plures accesserint, spiritu talis cognatio inde contrahitur.

*Bonif. VIII.* Quid ergo Tridentinum? Partim relaxat materiam horum iurium, partim restrin git. Laxat permitendo duos susceptores: stringit quoad cognitionem spiritualem dicens: Quid si alij, ultra designatos, baptizatum terigerint cognitionem spiritualem nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus, non obstantibus. De modo autem obligandi, nihil.

*58. Secundum* Imò, inquis, multum, ut patet ex illis verbis superius allegatis: Si Parochi culpa vel negligentia Iesu factum fuerit, arbitrio Ordinarii puniatur. Ex quibus aliqui colligunt peccatum mortale; non enim solet Ecclesia quempiam expressis verbis subiungere penitentiam propter culpam tantum veniale, ut in simili dictum est supra de illo, qui baptizaret sine necessitate extra Ecclesiam.

*Dicastilloni* Dicastilloni Tract. 10. de Matr. disp. 7. n. 276. sententia Sanchii videtur non improbabilis, maximè, inquit, cum videam multis in locis, & testatur ibi Sanchez, consuetudinem plures adhibendi, maximè quando Baptizandi sunt Principes, ut plurimi personis deferant honorem Patrino rum.

*59. Fundat se in* Sed quid tū? Nonne consuetudo exaliter prescribit contra legem graviter, & venialiter tantum obligantem? Nemo ambigit. Præterea, unde constat omnes illos adhiberi tamquam veros Patrinos, & non magis tamquam assistentes ad maiorem solemnitatem? Non credo vel Sanchium vel Dicastillonem vidisse omnium nomina descripta in libro. Denique sicuti Filij Regum & Principum speciali privilegio queunt baptizari extra Ecclesiam, ut dictum est conclus. 1. quidni similiter dispensante Pontifice (qui scit talentum consuetudinem, & non contradicit) plures Baptismo eorum adhibeantur Patrini?

Ut ut sit de peccato Parochi, manet resolvenda principalis controversia: an si nulli designantur, vel plures designantur quam duo, & omnes à Parocco sive licite,

sive illicitè admittantur, an omnes, inquam contrahant cognitionem spiritualem? Ad quam (sine præjudicio tamen contrarie opinionis, quam existimo probabilem) Respondeo:

## CONCLUSIO VI.

Si nullus, vel plures quam duo designantur Patrini, & admittantur, quotquot simul tetigerint, contrahunt cognitionem.

*C*onstat apud omnes, si designantur Susceptores, quicumque alij attigerint nullo pacto contrahere cognitionem spiritualem. Verba Tridentini sunt nimis placata. Quid si alij, inquit, ultra designatos, baptizatum terigerint, cognitionem spiritualem nullo pacto contrahant. At si nullus designatur in quo graviter peccat Parochus, at Basilius Pontius, vel si plures quam duos designaverit, in quo non leviter peccare, at idem Auctor, in illis, inquam, casibus docet Pontius lib. 7. de Matr. c. 39. n. 8. 11. & 12. nostram conclusionem tamquam probabilioriem.

Inducitur in hanc sententiam, quia hic causus omisso sunt à Concilio, nihilque in eis dispositi Tridentum: unde videtur standum decisionis Juris antiqui, cum in eo non corrigatur novo jure; neque enim à jure antiquo recedendum nisi in novo corrigatur, argumento L. Præcipimus 32. Cod. de Appellationibus §. Fin. Quidquid autem hæc lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant. Liquebat autem jure antiquo cap. Fin. de Cog. spir. in 6. conclus. præced. citato, omnes qui terigerint cognitionem contrahere. Adde jus correctionis esse, odiosum, adeoque restringendum.

Neque deest huic sententia rationis fundamentum: quia alioquin nullus in illis casibus esset verus Susceptor, cum non sit major ratio de uno, quam de alio; quod videtur esse contra mentem Ecclesie, que tantopere sollicita est pro hac solemnitate.

Et ideo sic declararunt Cardinales apud Farinacium, & Rebellum n. 99. Congregatio censuit, si plures suscipiant, omnes contrahere cognitionem, si non constat quis primus tetigerit, si plures sunt electi, vel nullus, si unus est electus, ille tantum contrahit.

Dicitur: si non constet quis primus tetigerit,

*De qua tam non satis constat.*

*Sententia A.*

*De qua tam non satis constat.*

*A.*

## Sect. 6. De Ceremonyjs Baptismi. Concl. 6. 393

Nisi constet  
quis primò  
tetigerit,

quia uno tangente, vel ad summum uno  
& unā, jam ceremonya est exhibita juxta  
formam Tridentini; imò & juris antiqui;  
adeoque reliqui non sunt amplius capaces  
illius ministerij. Ex quo patet quare in con-  
clusione posuerim: *Quorū simul tetigerit.*

Ceterū si forte per hac non esset ali-  
cuī plenē satisfactū, dividamus conclusio-  
nem in suas partes, & quid singulis ob-  
jici possit diligenter consideremus.

**62.**  
Sanchez  
putat nem-  
inem con-  
trahere, si  
nemo defi-  
guntur  
  
Quia desi-  
gnatio effi-  
citoris fi-  
ne qua non.

Prima pars sit ista: *Si nullus Parinus desi-  
gnetur, quorū simul contrahant co-  
gnationem.* Huic contradicit Sanchez cum  
alijs, quos citat lib. 7. de Matr. disp. 57.  
n. 12. Quamvis, inquit, existimat p̄-  
dictam sententiam esse valde probabilem:  
at probabilius credo neminem tunc con-  
trahere hanc cognitionem.

Fundatur Primo; quia Tridentinum, ne  
multiplicaretur cognitionis hujus impedi-  
mentum, & ut certi essent illud contrahen-  
tes, tamquam conditionem ut veri essent  
Patrini suscipientes baptizatum, petit eos  
designari ab ijs, quibus incumbit. Ergo de-  
ficiente designationis conditione, non  
sunt veri Patrini, ac proinde nec hujus co-  
gnitionis participes. Confirmat: quia alias  
non vitaretur cognitionis multiplicatio, &  
susceptorum incertitudo, quā Tridenti-  
num vitare voluit; atque adeō illius decreti  
mens frustraretur. Hācētū ille.

**63.**  
Hoc funda-  
mentum  
tamquam  
debile reji-  
citur.  
  
Sancti Sanchii  
fundamen-  
tum, ut  
ad hanc  
cognitionem  
pertinet.

Fundamentum satis debile attento illo  
principio Juris Canonici, & ponitur c. Ad  
Apostolicam, de Reg. *Multa fieri prohibentur,  
qua si facta fuerint obtinent roboris firmatatem.*  
Respondeo ergo tam multiplicationem co-  
gnitionis, quam incertitudinem suscepto-  
rum satis vitari per simplex p̄ceptum,  
quo pricipit parentibus designatione, & per  
simplicem prohibitionem, quā prohibetur  
Parochis, ne admittant aliquem non desi-  
gnatum.

Sanè eodem modo & eādem formā ver-  
borum pricipitur Parochis descriptio no-  
minum Patrinatorum in libro, utique ad ma-  
jorem corum certitudinem. Quis tamen  
ideo dixerit, nullum esse Patrimum, si ex  
negligentia, vel malitia Parochi nullius no-  
men in libro describatur; vel unum tan-  
tū esse, et si duo fuerint designati & ad-  
missi, si unius dumtaxat nomen describa-  
tur? Non credo Sanchium, si viveret, id  
faciliē admissurum.

Sed contra argumentatur Secundō; Tri-  
dent, eo cap. 2. in fine, sic concludit: *Om-  
nibus inter alias personas huius spiritualis cogni-  
tionis impedimentum omnino sublatum.* Cū ergo  
persona ibi contenta hujus cognitionis  
participes nominentur Patrini designati

ad id munus obeundum: omnes personæ,  
quaē designatæ non sunt, minime erant  
capaces illius.

Et confirmatur, quia mens Tridenti-  
ni, ut ex procēdio ejus cap. 2. constat,  
omnino coarctare jus antiquum de hac co-  
gnatione contrahenda loquens, ut tantum  
extendatur ad personas in eo decreto con-  
tentas: & ita concludit omnino auferri in-  
ter alias, præter ibi enumeratas. At Patri-  
ni ibi non absolutè enumerantur, sed cum  
ea qualitate, ut designati sint.

Respondeo etiam cum ea qualitate, ut  
nomina eorum describantur in libro: & ta-  
men non est qualitas irritans actum, si aliter  
est.

Planè, inquis, non est irritans, quia  
qualitas subsequens: at designatione p̄ce-  
dit susceptionem: adeoque ex subjecta  
materia satis liquet hanc esse irritantem  
minime illam.

Fateor hanc esse differentiam inter illas  
conditiones. Sed quid tum? Inde enim  
ad summum sequitur, quod designatio  
possit esse conditio irritans; quod autem  
de facto sit, inde p̄cēdēt non convincitur.  
Nam etiam unitas jure antiquo erat condi-  
tio p̄cedens, & tamen non irritabat.

Deinde, sicuti Ecclesia de facto per il-  
lam novam constitutionem Tridentini, ir-  
ritavit ex parte Susceptionem antiqui iuris,  
aliquin validam, auferens impedimentum  
confraternitatis spiritualis; ita pariter  
potuisset illam irritare ex toto, auferendo  
omnem cognitionem spiritualem inter il-  
los, quorum nomina non scriberentur in  
libro, ad si melius evitandam incertitu-  
dinem Susceptorum, & per consequens ad  
impedienda Matrimonia invalida, que  
alias defectu probationis non posset im-  
pedire.

Contra; ex ipsis verbis Concilij colli-  
gitur una irritatio, & non alia: dicit enim: **66.**  
*Quod si alii ultra designatos baptizatum terige-  
rint cognitionem spiritualē nullo pacto contra-  
hant. Ultra designatos, inquam, non addit:  
& descriptos in libro.*

Respondeo illa verba potius facere pro  
nobis: siquidem ubi nulli designati sunt,  
nullus tangit ultra designatos; nam ly ul-  
tra, videtur connotare designatos, tamquam  
terminum, ultra quem alij sint: sicuti  
nemo diceret locum aliquem esse ultra mar-  
rinum, seu ultra mare, nisi sit mare, ul-  
tra quod est talis locus. Requiritur ergo  
quod aliqui sint designati, ut aliqui alij  
tunc tangentes dicantur esse ultra designa-  
tos. Ita sibi objicit Dicastillo de Sacra-  
mento Matrimonij, disp. 7. n. 280.

Ddd Nihilo-

**65.**  
Sic ut &  
aliud de-  
sumptum  
ex Tridenti-  
no.

**66.**  
Objection  
Quod si alii  
ultra designatos  
baptizatum terige-  
rint cognitionem  
spiritualē nullo  
pacto contra-  
hant. Ultra  
designatos, inquam,  
non addit:  
& descriptos in  
libro.

**Responsio:**  
Queritur  
quid im-  
porteret ly ul-  
tra, quando  
Tridenti-  
num dicit, si  
alii ultra de-  
signatos & eis

Nihilominus, inquit, si spectemus vim vocis, *Vtria*, etiam in hoc casu dicendum videtur non requiri designatos aliquos, ut alij non designati, qui tangunt, dicantur esse ultra designatos; idque maximè locum habet; quando illud, quod apponitur post verbum *Ultra involvit negationem*; tunc enim solum requiritur, quod illud aliud, quod negatur, non fiat; non vero quod aliquid aliud antecedenter fiat.

Exemplo res fiet manifesta. Nam si pricipiat quod nemo gestet tale genus armorum ultra milites, etiam nullus sit miles, qui talia gestet arma, & forte communes cives gestant, censentur contravenire legi præcipienti, ut nemo ultra milites gestet. Huc usque Dicastillo; nec malè.

Unde verba Tridentini videntur habere hunc sensum: *Nullus, qui designatus non fuerit, contrahet cognitionem*; sicuti in exemplo mox allegato; *Nullus qui miles non est, feret talia arma, sive milites aliqui sint, sive non sint, quod videtur impertinens ad veritatem illius propositionis.*

Sed numquid, quæ militis, eadem est ratio Patrini? Non puto. Quæ ergo differencia? Respondeo, quod nulla sit necessitas militum, qui talia gestent arma; at verò ex constitutione Ecclesiæ oportet in Baptismo solemní semper esse aliquos Patrinos. Quando itaque non sunt designati, qui tangunt, videtur esse mens Ecclesiæ, ne baptizatus caret omni Patrino, ut ille qui tangit sit verus Patrinus juxta antiquum jus, ne Baptinus destruant illa solemnitatem. Neque enim per hoc præcisè multiplicabitur cognatio, quia non propterea plures contrahent cognitionem; veluti, cum & ipsis designati tangunt, & præter ipsos adhuc alii, quam solam multiplicationem voluit Trident. evitare.

Si inferas: ergo tametsi aliqui forent designati, si tamen non tangerent, & alij non designati tangerent, isti non designati contraherent cognitionem. Respondeo, hoc non esse inconveniens; neque manifeste repugnat verbis Tridentini, quæ patiuntur explicacionem jam dictam.

Et ita docet Henriquez lib. 12. de Marr. c. 11. n. 3. ubi ait (teste Sanchio supra n. 20.) unum solum tenentem infantem, quamvis non sit à parentibus designatus, sed ipsis invitum id munus obeat, effici verum Patrinum, ac contrahere hanc cognitionem. Perinde certè est nullum ex designatis id munus excipi, & nullum fuisse designatum. Atque hanc sententiam Sanchez supra vocat valde probabilem, quam probabilius; vis oppositam existimet probabiliorem.

Equidem illam majorem probabilitatem, non efficaciter concludunt illa verba Concilij. Supra in 2. argumento Sanchi allegata: *Omnibus inter alias personas &c Enimvero afficiunt solam cognitionem*, quæ oritur ex Confirmatione. Pater ex verbis præcedentibus. *Ea quoque cognitione, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmationem, illiusq[ue] patrem & matrem, & tenentes non egrediatur: omnibus inter alias personas &c.*

Ubi nulla sit mentio designationis, aut numeri Patrinatorum; ac proinde circa Patrinum Confirmationis videtur manere jus antiquum in suo robore: & ideo unum solum esse adhibendum, & quotquot confirmatum tetigerint, contrahere cognitionem. Quidni, cum decretum Tridentini sit cor. rectorium juris communis, adeoque restri. gi debeat, & ampliari non possit: ultra terminos, in quibus loquitur? Loquitur autem de Patrino solius Baptismo.

Accedit, quod quando textus aliquis, idem prorsus, quod de Baptismo statuerit, vult in Confirmatione servari, id discutit verbis explicit. Ut constat ex c. fin. de Cog. spirit. in 6. ibi: *De Confirmatione in super quantum ad hoc, idem iudicium est habendum. Et c. 1. sic lego: Eadem que de suffici. sunt dicta, sunt etiam de baptismante censenda.*

Si ergo fuissest mens Concilij idem omnino quoad omnia statuere in Patrino Confirmationis, quod antea statuerat in Patrino Baptismi, cur non simpliciter dicitur: *Eadem que de sufficiente in Baptismo sunt dicta, sunt etiam de sufficiente in Confirmatione censenda?* Profectò, inquit Sanch. supra n. 9. negari non potest, rem hanc non esse claram, sed difficultatem habere. Profectò, dico ego, si hac res non est clara, valde obscura est probatio Sanchij, quæ penit ex illis verbis: *Omnibus inter alias personas &c.*

Ad Confirmationem dico; non esse mentem Concilij coarctare jus antiquum ultra proprietatem suorum verborum: verba autem ejus non restringunt numerum Patrinatorum, sed potius ampliant, ut patet. Et ut esset mens Trident. restringere, sufficeret simplex prohibito, ubi verba non clare sonant irritationem.

Restringit ergo jus antiquum irritationem illud, quoad confraternitatem spiritualem, & ex parte compatriotitatem, auferens impedimentum dirimens, quod olim erat inter baptizatum ex una parte & sufficiens filios, ac uxorem ante sufficiemtiam carinaliter cognitam ab eodem ex altera c. 1. de Cog. spirit. in 6. Item inter patrem & baptizatum, & uxorem levantis prius ab eo cognitam c. 4. de Cog. spirit. Denique inter

Videntur  
idem esse  
ac si dicere-  
tur: *Nullus,*  
qui de signa-  
tus non fuerit,  
contrahet co-  
gnitionem.

67.

Non desig-  
natum con-  
trahere co-  
gnitionem:  
si alij desig-  
nati non  
tangant.

Henriquez.

Judicatur  
probabile à  
Sanchez,  
quamvis  
contrarium  
existimat  
probabilius;  
vis oppositam  
existimat  
probabiliorum.

## Sect. 6. De Ceremoniis Baptismi. Concl. 6. 395

Cap. 3. et  
dem.  
inter baptizatum, & filium baptizantis c. 8.  
eodem.

Atque in hoc satis reducit matrimonium ad pristinam suam naturam, ut non propterea debat derogare omnibus antiquis iuribus, quae simpliciter dicunt, omnes tangentes contrahere cognitionem: abunde sufficit, quod non contrahant cum omnibus illis, cum quibus antea contrahebant; immo nullam contrahant si sint designati, qui teigerint.

Ex quibus non difficile erit respondere ad 3. & 4. fundamentum Sanchii. Tertio (inquit) quia decretum irritans semper inducit novam auctus formam. Cum ergo decretum Tridentini irritet cognitionem inter Patrinos non designatos, petet designationem, tamquam formam, quae non servata corrut cognatio.

Est petitio principij, de hoc enim querimus, an Trident. irritet cognitionem inter quoscumque non designatos, an vero solum inter non designatos, quando aliqui designati sunt, qui tangunt.

Tandem (inquit Sanchez) quia dispositio Concil. Trid. restringens hoc impedimentum ad pauciores personas, non tamquam odiofa & restringenda, est concipiencia, sed tamquam favorabilis, & proinde extendenda. Quamvis enim corrigat jure commune, at reducere Matrimonium ad suam pristinam naturam: iuxta quam validum erat inter omnes illas personas: & coarctat ejus impedimentum dirimens. Edictum enim de Matrimonio non contrahendo est odiosum.

Respondeo: esto decretum Concilij sit amplè intelligendum: equidem non ultra naturalem & civilem proprietatem verborum, nisi ad absurdum evitandum, quale hinc nullum inventitur; quin immo admisit extensione Sanchii sequitur absurdum, scilicet hujusmodi Baptismum solemnem carere sua pricipiā solemnitate, & sic baptizatum carere omni Patrino, & spirituali pedagogio.

Ex quo datur intelligi, quod licet dispositio Trident. sit favorabilis in quantum reducit Matrimonium ad pristinam naturam, odiosia tamen, & restringenda merito censi possit, & debeat, quatenus destruictiva, ut sic loquar, precipue solemnitas, quam Ecclesia voluit in omni Baptismo solemnii adhiberi, & qua maximè utilis est baptizato. Hæc pre prima parte cœlusionis.

Progedior ad secundam, quæ sic se habet: si plures quam duo assignentur, & admittantur, quotquot simul tetigerint, contrahunt cognitionem.

Dico & admittantur, quia eo ipso, inquit, Sanchez supra n. 15. quod Parochus Tri-

dentini præceptum exequens, expellit alios præter duos diversi sexus, censemt illi expulsi perinde ac si designati non essent.

Contrarium putat Dicastillo supra num.

287. Ratio ipsius est: quia ne unum quidem verbum est in Tridentino, quod sonet irritam esse designationem parentum, si Parochus designatos non admittat; neque in toto capite est unum verbum, quod ipsi præcipiatur repellere, aut non admittere aliquem ex designatis, nedum quo infirmeretur designationis; sed tantum ibi dicitur: Diligenter ab ijs, ad quos spectabili, sciscetur, quem, vel quis elegerit ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat &c. Quæ verba nihil de designatis non admittendis, aut rejiciendis habent. Aliud enim est admittere tantum designatos, aliud vero inter designatos quoddam expellere, & quoddam admittere, quod non decernit Concilium. Huc usque Dicastillo.

Sed videtur legisse Tridentinum sine perspicilijs, id est, in perspicile videtur, sed non perspicuisse. Alioquin quomodo ignorare potuerit ly Tam excludere omnes, etiam designatos, præter cum, id est, unum, vel eos, id est, unum & unam? Præcipitur ergo Parochus, ut non admittant nisi eum, vel eos à parentibus designatos.

An forte crediderit Dicastillo Parochum neutriam peccare ministrando Baptismus vel sine Patrino, vel admittendo plures duobus, vel duos tantum ejusdem sexus? Non credo. Profectò valde errasset Pontius supra arguens hujusmodi Parochum de peccato mortali, ubi ne quidem veniale commisisset.

Nemo ambigit ministrum Sacramentorum obligari ad Sacraenta ministranda iuxta legem, & prescriptum Ecclesie. Prescribit autem Trident. in illo cap. ut immatantur vel ad summum unus & una baptizatum de Baptismo suscipiant: Parochi ergo est curare ut secundum illam legem Sacramentum ministretur; ergo repellere debet & non admittere quoscumque, etiam designatos supra illum numerum.

Hinc appositi R. Rom. Tit. de Baptismo §. de Patrinis, in principio: Parochus antequam ad baptizandum accedat, ab ijs, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Sufficiptores, seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro fonte suscipiant, ne plures quam licet, an indignos vel ineptos admittant. Sicut ergo in dubiè peccat Parochus admittendo indigneos & ineptos, quantumvis à parentibus designatos; ita non dubito quin peccet admittendo plures quam duos, tametq; à parentibus designatos.

An autem per non admissionem Parochi

admissi &  
simul tan-  
gentes con-  
trahe co-  
gnationem  
spiritua-  
lem.

Dicast.

733

R. Rom.

Licet plures  
quam duos  
admittere  
sit illice-  
tum:

769

72.  
Responde-  
tur ad alia  
fundamen-  
ta Sanchez

Dicentis  
designatio-  
neni esse  
formam,

73.

Et decre-  
tum Tri-  
denni esse  
favorabile.

74.

Plures  
quam duo  
assignari &

reddatur irrita designatio parentum, haud satis clare exprimitur in Tridentino. Veneruntamen quia Parocho incumbit, ut ex Rit. jam jam commemorato manifestum est, rejicere plures quam duos, similiter non admittere indignos vel ineptos, videtur menti Ecclesia fuisse, amovere omnes illos ab hoc munere, qui ex rationabili causa non admittuntur, vel rejiciuntur, dummodo alij admissi tetigerint.

*Non tamen invalidum,*

*Ferd. Rebellus 2.*

*Secundum declarationem Cardinalium,*

*Bapt. Parocho eius.*

77.

*Cap. fin. de Cogn. spiritu. in 6.*

*Et sacerdum Canonum instituta,*

*Tridentini decretum, videtur omnium irritum.*

78.

*Dices: quidni addat decretum irritans?*

*Ait enim: Quid si alij ultra designatos (scilicet unum & unam ad summum, de quibus supra locutum fuerat) baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.*

*Respondet Sanchez supra: Post prohibitionem admissionis plurium quam duorum Patronorum diversi sexus, ubi Concil. adjicit clausulam irritantem, solum comprehendit tangentes non designatos: quod*

si veller irritare factum, quando plures duobus designarentur, facile id posset exprime, addendo: *Vltra duos designatos.* Cum ergo id non expresserit, signum est noluisse irritare.

Et ideo hic Auctor amplectitur nostram conclusionem n. 14. tamquam veriorem opportunitatem, & pro illa citat multos DD. n. 13. quam etiam sequitur Dicastil. n. 286. supra.

Sed contra (ut tantò magis elucelat veritas) si Concilium volueret irritare factum, quando plures designati, & non admissi tangunt, facilè id potuerit exprimere dicendo: *Vltra designatos, & admissos.* Cum ergo id non expresserit, signum est noluisse irritare. Ecce Sanchez quemadmodum tibi securis in crura reddit.

Et si quispiam pro te reponat: admissio in decreto irritante subinelligitur: dico ego similiter, numerum Patronorum subinligi, ut sensus sit, quem supra insinuavi: *Quid si alij ultra designatos, scilicet unum & unam ad summum, de quibus Concil. antea fecerat mentionem, baptizatum tetigerint &c.*

Dices: rejectus à Parocho perinde habetur, ac si non fuisset designatus. Respondeo: designatus ultra duos perinde habetur ac si designatus non fuisset, quia illegitimè designatus: decretum autem irritans videatur intelligendum de ijs, qui legitimè designantur, ut sensus sit: *Quid si alij ultra legitimè designatos &c. id est, ultra unum & unam, five ultra duos diversi sexus.*

Unde eadem est difficultas de duobus ejusdem sexus: nam alter eorum est illegitimè designatus, & cùm non sit major ratio de uno quam de altero, uterque.

Atque ex his factis probable est, nullum eorum, qui illegitimè designantur, contrahere cognitionem spiritualem; quia nullus eorum exercet munus illud eo modo, quo ab Ecclesia statutum est, ac proinde nullus est, verus ac legitimus Suffector. Tridentini enim hoc munus restrinxit ad illum, qui fuerit vel totalis Suffector, vel ita parialis ut solum habeat alium socium diversi sexus.

In hanc sententiam magis inclinat Sua. rius 3. parte q. 67. a. 8. §. Sed quæres, quævis dicat, alij probabile videri posse, omnes contrahere; & ideo quia res est dubia, absinendum esse à Matrimonio.

Fateor rem esse dubiam: & quia in dubio de valore actus, presumendum est valor, ut ex jure civili & canonico ostendimus conclus. 4. circa finem; ideo cum Sanchez & alijs non paucis, præsertim accedentibus declarationibus Cardinalium, (que quamvis non satis authenticæ juxta determinationem Urbani VIII. superius allegatam, magnæ tempe-

tamen sunt auctoritatis) eligo rursum & dico; omnes designatos & admissos, legitime vel illegitimè esse veros Suscepiores, & per consequens contrahere cognitionem spiritualem, nisi aliquid aliud obsteret. Plura de hac cognitione in materia de Matrimonio. Hec pauca impræsentiarum volui exscribere, ne principalior obligatio Patrionum videretur totaliter prætermissa.

81. Et hactenus quidem de Baptismo fluminis (qui est propriè dictum Sacramentum) & (quārum sufficit pro hoc loco) de Baptismo Flaminis, sic dictus, quoniam

in adultis supplet vicem Baptismi fluminis, conferendo gratiam sanctificatiōnē & remissionē peccatorū, quamvis diverso modo, scilicet ex opere operantis; unde non est verum Sacramentum, sed votum dumtaxat Sacramentū; perfecta utique contritio, vel amor Dei super optimam, de gibus latius disp. &c. de Virtute Pénitentie.

His duobus Baptismatibus adjungunt communiter Theologi Baptisma Sanguinis, ejus in præcedentibus aliquoties fecimus mentionem, & explicationem ad calcem disputationis rejecimus. Sit itaque

## SECTIO SEPTIMA.

### De Baptismo Sanguinis seu Martyrio.

**P**ostquam Dominus Christus in Ecclesia sua Sacramentum novi Testamenti pro Circumcisione carnis Sanctum Baptismum dedit, & apertissimè dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum calorum: iam non debemus querere, quando quisque fuerit baptizatus, sed quoscumque legimus in corpore Christi, quod est Ecclesia, pertinere ad regnum calorum, non nisi baptizatus intelligere debemus, nisi forte quos angustia temporis inventi, & nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro Baptismo deputata est. Verba sunt magni Patris Aug. Epist. 108.

Ex quibus haud difficulterit unicuique colligere, quid sit Martyrium, & cur appelletur Baptismus Sanguinis? Quid, inquam, sit Martyrium, icilicet passio mortis pro fide Christi: & cur appelletur Baptismus sanguinis; quia videlicet pro Baptismo fluminis deputatur,

Queris quomodo deputetur? Audi eundem Sanctum & Exium Ecclesiae Doctorem lib. 13. de Civit. c. 7. Quicunque etiam non percepto regenerationis lavacrum pro Christi confessione moriuntur: tantum eis valeat ad dimittendā peccata, quācum si abliuerentur sacro fonte Baptismatis.

Probationem continuo attextit: Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus gener alter dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & egō eum coram patre meo, qui in celis est.

Et alio loco: Qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Hinc est quod scriptum est: Pretiola in confectu Domini mors

sancctorum ejus. Quid enim pretiosius quam mors per quam sit ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatissima augentur? Hac dicit D. Aug.

De hoc ergo Martyrio praesens instituitur Sectio; & disputatur Primo, quid ad ipsum sit necessarium. Secundo, quam efficaciam habeat. Tertio, quando conferat suum effectum. Ut autem omnia cruciales proponantur, & quā partē claritate discutiantur, rursus definio seu describo Martyrium, & dico.

### CONCLUSIO I.

Martyrium est mors illata profide Christi, aut vera virtute.

**M**artyrium grāce, latīne idēm est quod testimonium; eūdēm secundum usum Ecclesiasticum appropriatum testimonio, quod dātū Dō, vel Christo per mortem. Notate verba, signate mysteria.

Primum misterium explicat D. Aug. con. 2. super illud Psal. 34. Deus meus & Dominus meus in causam meam. Non in penam meam, inquit, sed in causam meam. Non in illud, quod mecum habet latro communā, sed in illud, quod beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Hec enim causa discreta est. Nam pena summis est bonis, & malis. Itaque Mārtires non faci penā (scippe, sola) sed causā.

Hinc scribens Bonifacio comiti Epist. 50. alleveranter loquitur dicens: Veri Mārtires illi sunt, de quibus Dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

D d 3

Quid sit  
Martyrium,  
& cui appelli-  
tur baptis-  
mus sanguini-  
dis.

S. Aug.

5. Aug.

Epist. 108.

7. Aug.

Doct. lib. 13. de Civit. c. 7.

Matth. 10. v. 32.

Mark. 16. v. 25.

Epist. 115. v. 15.

Universitäts-  
bibliothek  
Paderborn